





1587.

1. Gualterius, Hieronymus: Thematia philosophica

1591.

1. Matthaeus, Philippus: De contracta emptioventricos

2. Matthaeus, Philippus: De exheredationibus.

1593.

1. Matthaeus, Philippus: De successione ab intestato
cum discrepantia juris feudalis & civilis.

1594.

1. Hellingus, Martinus: De plebsforia.

1600

1. Bönthart, Henricus: Romanus princeps, ex
lege Regia informatus.

1605.

1. Antonius, Gualterius: De judiciis

1609.

1. Goeddaus, Johannes: De emptione venditione.

1610.

1. Combackius, Johannes: (De potentia).

2. Kirchmann, Hermannus: Notiones aliquot

ex ipsis Johannis et politicorum fontibus annotationes

1613.

1. Combachius, Johannes: Idea demonstrationis ex
Aristoteli 1. post aliique bonis interpretibus,
την ενδεχόμεναι καὶ τυττωπῶς concinnata.

1614.

1. Combachius, Johannes: Positiones miscellaneae.

1617. Combachius, Johannes: Positionum miscellaneorum agrorum
1618. sedesim

1. Jeschmann, Christophorus: De jure tutorum et
curatorum.

1620.

1. Coeh, Caspar: De regali dignitate et feudis rega-
lem dignitatem americanam habentibus.

1624.

1. Antonius, W. Melius: De salubendis.

1628.

1. Hannus, Melpius Merius: De jure dotium.

1629.

1. Hannus, Melpius Merius: De jure daciis eorumque
junctis et privilegiis

1639.

1. Reiche, Julius Eberhard: De collatione bonorum.
2. Tilmanus, Jod. : De signaturis herbarum.

1646.

1. Gualtherus, Johann: De cambis.


1657.

1. Hagen, Johann Henricus: De jure municipalis
sen statutario

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







Disputatio Singularis
AD TITVLVM SEXTVM LIBRI
Quinti Decretalium

De
JUDÆIS
EORUMQUE JURIBUS ET
PRIVILEGIIS,

Quam
Divinâ aspirante gratiâ:

PRÆSIDE

HELFRICO-ULRICO
HUNNIO,

J. U. DOCTORE, ILLUSTRISSIMI
HASSIÆ LANDGRAVII, DOMINI GEORGH, &c.
Confiliario & causarum Camerae Imperialis Advocato, nec non
Inclytæ Academiae Marpurgensis Procancellario &
Codicis Professore,

In auditorio Ictorum die 23. Martii, publicè venti-
landam exhibet

ANTONIUS GUNTHERUS VELSTE-
NIUS OLDENBURGENSIS.



MARPURGI CATTORUM,
Typis Nicolai Hampelii, Academiae Typographi.

MDCXXIX.

19

4

1629/1





VIRIS
GENEROSO, STRENUO ET
NOBILISSIMO DOMINO:

GEORGIO Kiedtesel in Eysenbach/
SENIORI,

UT ET
MAGNIFICO, NOBILISSIMO ET AM-
PLISSIMO DOMINO:

ANTONIO Wolff à Todtenwartt/
JCTO ET SACRI CÆSAREI PALATII CO MITI,
Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini,
Domini GEORGII, Hassiæ Land-
gravii, &c.

ILLI
PRO-PRINCIPI EMINENTISSIMO,
HVIC
CANCELLARIO GRAVISSIMO,

*Literarum & Literatorum Fautoribus Magnis,
Mecœnatibus & Patronis meis benignis, Academicam
hoc exercitium devotè inscribo & dedico*

Anton. Günther Belfetti

OS(O)SO



DISPUTATIO SINGULARIS,
Ad Titulum VI. Libri V. decretalium
DE JUDÆIS EORUNDEMQVE
JURIBUS ET PRIVILEGIIS.
T H E S I S I.



ENTEM Judaicam justo Dei judicio, ob incredulitatem cordisque duritiem reprobata, in Republica Christiana non toleranda, sed vel extirpanda prorsus, vel finibus orbis Christiani ejicienda & ad infideles barbarosq; procul releganda esse, etsi non pauci statuunt, moti tū exemplo Philippi Galliarum & Ferdinandi Hispaniarum Regum laudatissimo, universos Judæos, quorum in Hispania tum temporis 420000. deprehensi & numerati sunt, Regnis & ditionibus suis expellentium. Stephanus Gratianus *disceptat. forens. tom. 4. cap. 658. num. 51.*

CAPUT I.
An Iudæi tolerandi sint in Republica Christiana & quatenus?

- 2. Tum quod in Christum Salvatorem nostrum ejusdemq; gloriosissimam genetricem Beatam Virginem Mariam Judæi horrendas blasphemias evomant: quod Christianorum omnium inimici infensissimi ac hostes juratissimi existant, illosque mille artibus & opibus & pecunia emungant ac defraudent, *cap. 1. & cap. 16. extr. de judæis, Marquard. de Sufanis tractat. de Iudæis par. 1. c. 2. n. 1.*
- 3. Quominus tamen his ad stipulemur, non solum pietas atq; humanitas erga homines hosce miserrimos, sed evidens quoq; in Christianos exinde redundans utilitas prohibent, *c. etsi Iudæos. 13. extr. hoc. tit. & capit. Iudæis extr. de testibus.*
- 4. Populi quippe hujus, à Deo olim peculiariter electi, nunc verò ob peccata & detestandam ejus ingratitude abjecti & reprobi, exemplum



xemplum nobis quotidie ob oculos versans, speculum iræ divinæ dilucidissimum perpetuamq; pœnitentiæ concionem nobis exhibet.

5. Quin etiam egregium ac perspicuum de scriptorum V. Testamenti antiquitate, veritate & autoritate, perhibet testimonium, quo planè ac perspicuè Ethnici convincuntur, ea quæ in libris istis scripta leguntur, à nobis Christianis conficta non esse, sed vetustatis testimonio certissimo niti: Unde & D. Augustinus in libro de doctrina Christiana permulti, inquit, *vana & conficta esse à nobis fortasse existimarent, quæ de populo veteri & Prophetis narramus, nisi Iudæos ipsos adhuc superstites viderent, qui suis libris vel inviti nostris sermonibus adstipulantur.*

6. Accedit his quoq; infallibile D. Apostoli Pauli vaticinium, Iudæorum, si non omnium, plurimorum tamen & plerorumq; conversionem ante novissimum diem prædicentis, *Romanor. c. 11. vers. 25. & 26.*

7. Testificantur deniq; Iudæi de implemento vaticiniorum V. Testamenti de Messia adventu, crucifixione, passione & morte, de excidio urbis Hierosolymitanæ, deq; ipsorummet dispersione per totum orbem terrarum; adeoq; contra seipsum testes existunt locupletissimi, omniq; exceptione majores.

8. Ex hisce nimirum causis non immeritò hætenus tolerati fuerunt Iudæi in sacro Romano Imperio, plenaq; securitate muniti. *Jacobus Philippus Portius consil. 4. n. 34. & 48. vol. 1. Rolandus à Valle consil. 25. n. 3. & sequent. vol. 3. Marquard. de Sufan tract. de Iudæis, part. 1. c. 2. n. 8.*

9. Nec à Dominis, à quibus semel in tutelam recepti sunt, quantum pacificè, sine scandalo & Christianorum offensione vivunt, absq; nova justaq; superveniente causa, expelli queunt. *Marcus Anton. Natta consil. 620. n. 22. tom. 3. Roland. à Valle consil. 25. n. 1. vol. 3. Oldradus consil. 87. & consil. 264. Marquardus de Sufan. d. part. 1. c. 7. n. 4. & sequent. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 4. c. 654. num. 34. Eberhard. Speckhan 1. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 26.*

10. Sed humaniter fovendi & tractandi sunt, ipsisq; egentibus elemosynâ Domini succurrere debent. *cap. Iud. extr. de test. Alexand. Trenciacinq lib. 1. var. resolut. tit. de leg. resolut. 3. num. 2. vers. tert. Stephanus Gratianus disceptat. forens. cap. 658. num. 34. & 35. & cap. 842. numer. 28. Marcus Anton. Natta consil. 622. num. 23. tom. 3. Marquard. de Sufan. d. part. 1. c. 5. n. 7.*

11. Ut enim Iudæos recipere ab initio est libertatis, ita receptos retinere est necessitatis, & si fidem Iudæis dare & securitatem tutelamq; pro-

promittere fas est, eam frangere & violare nefas est: Cum à conventionem inter dominum recipientem & Judæos receptos in ita, securitatisq; promissione ipsis facta, temerè resilire non liceat, *l. sicut. 5. Cod. de obligat. & act. & l. 1. ff. de pact.*

12. Ex contractibus quippe suis, quantumvis cum privatis & subditis in itis, & Princeps obligatur, instar privati, *cap. 1. de probat. Anton. Gomezius tom. 2. variar. resolut. c. 1. n. 1. Matth. Cuno tract. de pact. c. 24. num. 23. & seq. Eman. Suarez, de commun. opin. lit. P. n. 266. Joh. Coraf. ad l. frater à fratre n. 38 ff. de condict. indebit. Hieron. Schurpfius consil. 53. n. 16. cent. 2. Abbas Pannormit. ad c. 1. n. 1. extr. de probat. Udal. Zasius ad l. Princeps n. 5. ff. de legib. Tiber. Decian. respons. 94. n. 23. lib. 2. & respons. 11. n. 2. vol. 3. Ferd. Vasquius illustr. cont. c. 3. n. 1. Marc. Anton. Natta consil. 122. n. 3. vol. 1. Carol. Ruinus consil. 17. n. 2. vol. 5. Ludov. Romanus consil. 352. n. 22. Ant. Gabr. Romanus libr. 3. commun. concl. tit. de jure quaesito tollend. concl. 5. n. 28.*

13. Adeò ut nec plenitudo potestatis, nec alia urgens clausula eum obligationis vinculo eximere valeat. Andr. ab Exen tractat. de pact. n. 456. vers. secundò ampliatur. Ludolph. Schrad. tract. feudal. part. 10. sect. 1. n. 47. Tiber. Decian. respons. 96. n. 17. vol. 2. & resp. 88. n. 19. vol. 3. Ferd. Vasquius lib. 1. contr. c. 3. n. 2. Andr. Gailius libr. 2. pract. observ. 55. n. 7. Joh. Crotus consil. 78. n. 6. & consil. 64. n. 36. vol. 1.

14. Sed & privilegia Principum, ex causa onerosa & per modum contractus, ob factum videlicet aliquod vel dationem presentem aut futuram, impletam vel implendam, concessa, irrevocabilia sunt, nec possunt, nisi ob justam & evidentem causam, subditis auferri & retractari. Nicol. Reufnerus consil. 1. n. 218. vol. 1. Jacobus Marchisell. quest. jur. pract. 59. n. 4. Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 361. n. 10. Carol. Ruinus consil. 230. n. 4. volum. 1. Andr. Rauchbar. quest. jur. civil. & Saxon. part. 2. quest. 11. n. 3. Accacius Enenckel. in tractat. de privileg. lib. 3. c. 8. n. 2. Felinus Sandeus ad capit. quæ in Ecclesiarum. n. 51 extr. de constitut. Ludolph. Schrader. consil. 14. n. 270. vol. 1.

15. Quod in presentem tamen casu hætenus admittitur, quatenus Judæi. 1. A blasphemis, contumeliis & maledictis in Deum Servatorem nostrum Christum, Virginem Mariam ceterosq; sanctos sibi temperant: 2. In contemptum Religionis fideiq; Christianæ nihil dicunt vel faciunt. 3. In cultu divino Christianos non turbant nec molestiam ullam ipsis creant, sed, juxta sacrorum canonum præscriptum, diebus Domino & Christianis sacris domi sese continent, diebus passionis Domini-



cæ in publicum non procedunt, nec die parasceves aperta ostia vel fenestras habent. 4. Usuras immoderatas, aliosq; fraudulentos, illicitos, & ad afflictionem atq; expilationem Christianorum comparatos, contractus non exercent. 5. Res item Christianorum nec furantur ipsi, nec a furibus earundem scienter coemunt. 6. Nec Christianorum quenquam ad suam superstitionem & judaismum seducere student vel præsumunt. 7. Sed modestè, absq; ullius offensione & injuria vivunt; Hisce inquam, conditionibus à pio magistratu recipi & recepti tolerari queunt, sin verò contraveniant ejici & expelli jure possunt. c. 3. & c. 15. hoc tit. Jacob. Philip. Portius *consil.* 4. n. 39. cum sequent. & n. 41. vol. 1. Eber. Speckhan *cent.* 2. class. 1. *quest.* 16. n. 13. & 24. Borgerin. Cavalcant. *decis. Fivizan.* 22. n. 14 & seq. Bern. Grævæus *lib.* 2. *practic. concl.* 5. *coronid. miscell.* n. 8. Joh. Georg. Bechtius *de securis. & salvo conducto* c. 4. n. 94. & sequent.

16. Etsi vero nō pauci opinentur Judæis nequaquam permittendum ut fœnus ullum sive usuras exercent atq; à Christianis exigant, eò quod peccatum sit naturæ & juri naturali, ad cujus observantiam & Judæos teneri mox ostendetur, prorsus contrarium: Et insuper iniquum videatur Judæis permitti quod Christianis denegatur, atq; illos præ his prærogativa ulla gaudere. Lud. de Peguerra *decis. aurear. quest.* 30. n. 10. Marq. de Susan. *tractat. de Iudæis part.* 1. c. 11. n. 1. & per tot. Jul. Clar *lib.* 5. *recept. sent.* §. *usurar. num.* 7.

17. In tantum ut nec Principes Christiani Judæis sibi subditis, suas intra provincias fœnus exercendi potestatem concedere valeant. Jason de Mayne *ad l.* 1. n. 54. & sequent. Andr. Gail. *lib.* 2. *practic. observ.* 5. n. 19. Jul. Clarus *lib.* 5. *recept. sentent.* §. *usur.* n. 7. Hieron. Schurpfius *consil.* 50. n. 13. cent. 2. Berh. Grævæus *lib.* 2. *conclus. pract.* 5. *coronid. miscellan.* n. 7. Molineus *tractat. de usur.* n. 581 Tiber. Decian. *respons.* 41. num. 84. vol. 2. Jacob. Marchisell. *practic. quest.* 2. per tot. Lud. de Peguerra *decis. aurear. quest.* 30. n. 15. Didac. Covarruv. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 1. n. 8. Octavianus Cacheranus *decis. pedemont.* 137.

18. Hacq; in re nec Pontifex Maximus, nec Ecclesia ullo modo dispensare valeat, Lud. de Peguerra *d. quest.* 30. n. 13. & sequent. Jul. Clarus *d.* §. *usurar.* n. 7.

19. Ab hac tamen sententia, utpote rationibus minus validis subnixâ, & in Romano Imperio non practicabili, recedere nobis religio nō est: præterquam enim quod moderatæ usuræ nec naturæ, nec naturali juri contrariantur, & ob id etiam olim permixtæ fuerint *l. eos C. de. usur.* prolixè Hugo

Hugo Donellus *in tract. de usur. c. 2.* Petrus Heigius *part. 2. quest. 1. n. 29. & sequent.* Joh. Borchold. *tractat. de usur. c. 1. n. 6.*

20. Et consequenter etiamnum permitti possint: Politica etiam ordinatione, Francofurti anno 1577. publicata, *tit. 20. §. damit aber die Jüden* / Iudais expressè conceditur quincunces usuras exigere, quo scilicet se suosq; sustentare queant. Anton. Hering. *tractat. de fidejussoribus c. 30. n. 35.* Alphon. Villaguth. *tractat. de usuris quest. 13. concl. 4. n. 11.* Ant. Thesaurus *de is. pedemontan. 55. per tot.*

21. Ut raceam quod & Christianis usuras pecuniæ mutuo datæ, interveniente morâ debitoris, etiam quincuncibus majores, exigere liceat, si tanti sua interesse probaverint. Bernh. Grævæus *lib. 2. practic., concl. 5. confid. 1. n. 8.* vide & Petr. Heigium *part. 2. quest. 1. n. 102.*

22. Denique & jure Canonico interesse ob moram commissam stipulari & exigere licere, tam est certum, quàm quod certissimum. Andr. Gail. *lib. 2. observ. 5. n. 15.* Hartman. Hartmanni *observ. practic. lib. 2. miscellan. c. 1. observ. 17. n. 1.* Joh. Sichard *aut l. adversus eos. Cod. de locat. conduct.*

23. Sed & de interesse aliud interesse ex causa moræ, jure exigere & accipi posse, planè nobis persuasum habemus, per tradita ab Ernesto Cothmanno *respons. 52. n. 293 & sequent. vol. 2.* Jac. Menochius *lib. 2. arbitrar. Iud. quest. casu 119. n. 18.* Matth. Berlichius *concl. practic. 38. num. 33. & seq. part. 2.* Hieron. Cagnol. *ad l. unic. n. 46. C. de sentent. qua pro eo quod interest.* Dominic Card. Tuschus *practic. concl. 310. n. 1. & sequent. lit. 1. tom. 4.* Petr. Heigius *quest. iur. Civil. & Saxonie. part. 2. quest. 1. n. 141.*

24. Cæterum Judæi scenerando præscriptos per ordinationem politicam terminos excedentes, & ipsi improbi sceneratores judicabuntur & pœnis condignis subjicientur & contractus ipsorum nulli & invalidi reputabuntur *d. ordinat. Politic. tit. 20. §. da aber jemandt/rc.*

25. Eadem porrò ordinatione disertè cautum est ne quam rem furtivam Judæi emant, & si emerint, sive scienter, sive ignoranter, pretio etiam non recepto, domino suo eam quamprimùm restituere cogantur: aut si eandem rursus vendiderint, vel alienarint, precium ejus sive æstimationem domino præstare cogantur, *d. tit. 20. §. das sich auch die Jüden/rc.*

26. Id quod juri etiam communi convenit atq; Christianis cum Judæis commune est: Generaliter quippe Imperialibus sanctionibus cautum est, res furto sublatas à quocunq; possessore, sive bona, sive mala fide, & sive justo, sive injusto, titulo eas compararit, repeti & vindicari posse, eisdemq;

easdemq; dominis, absq; precii expensi refusione, restituendas esse, l. 2. & l. 5. Cod. de furt. l. 23. Cod. de rei vindicat. Didac. Covarruv. in relect. cap. peccatum. part. 3. n. 3. Joh. Sichard. ad d. l. 2. n. 1. C. de furt. Virgil. Pingizer. quest. jur. Saxon. 49. n. 1. & n. 24. Joh. Köppe decis. 4. n. 12. part. 1. Jac. Menoch. lib. 5. de presumpt. c. 29. n. 9. Vincent. Carocius ad l. incivilem c. 12. n. 1. & 13. C. de furt. Jul. Clar. libr. 5. receptar. sentent. §. furtum n. 26.

27. Idemq; procedit etsi in loco publico, veluti in mercatu, aut nundinis publicis rem furtivam, venalem expositam, bonâ fide emerit, vel etiam, cum emerit, disertè protestatus fuerit, se rem eum in finem emere ut eam domino suo, recepto precio, redderet. d. l. 2. C. de furt. Andreas Alciat. tract. de presumpt. reg. 3. presumpt. 29. vers. quintò declaratur. Virg. Pingizer d. quest. 49. n. 2. Vincent. Coracius ad d. l. incivil. c. 23. n. 2. Diff. Joh. Sichardus ad d. l. 2. n. 4.

28. Nisi fortassis cū protestatione alia concurrat bonæ fidei conjectura & præsumptio: Aut quis rem certò sciens furtivam esse emerit ab hostibus aut latrunculis, modico precio, eoq; animo ut domino redderet, qui alioquin vix eam recepturus esset. Didac. Covarruv. ad d. c. peccatum part. 3. n. 5. Andr. Alciat. d. reg. 3. presumpt. 29. n. 26. Jac. Menoch. de presumpt. 29. 26. Vicent. Carocius ad d. l. incivilem c. 23. n. 3.

29. His casibus exceptis, nec statuto caveri potest ut sive Judæus, sive Christianus rem furtivam à se emptam tandiu retinere possit usque dum premium sibi fuerit refusum, prout rectè concludit Joh. Sichard. ad d. l. 2. n. 2. C. d. furtis. Joh. Georg. Bechtius de securitate & salvo conductu c. 4. n. 96.

30. Postremò ne in rebus pignori vel hypothecæ Judæis obligatis lex commissoria locum habeat, eadem politica ordinatione clarè dispositum est, d. tit. 20. §. vnd weil man in Erfahrung kompt/te.

CAPUT II.
De Statu Iudæorum & quibus muneribus fungi possint, vel non.

31. Quod ad statum Judæorum attinet, illis hautquaquam adstipulamur qui Judæos servos Christianorum esse statuunt, cum plus satis constet ipsos bona possidere propria: liberos in potestate sua habere, cum Christianis contrahere & commercia exercere, jure Romano civili frui & gaudere, omniaq; facere posse, quæ civibus Romanis hominibusque liberis jure licita sunt & concessa ipsorumq; conditio non respuit, qua de re videatur, Marc. Anton. Natta consil. 394. n. 15. & consil. 434. n. 3. tom. 2.

32. Quemadmodum nec illorum probamus opinionem, qui Judæos infamiâ juris laborare asserunt: quando quidem fundamentum hoc nusquam in jure habere videtur, exindeque facili negotio refellitur quòd juris

Disput. de Iudæis eorundemq; Juribus & privilegijs.

9

juris infamiâ nemo notatus iutelligatur, nisi qui vel lege, vel Senatus-Cō-
sulto vel Edicto Prætoris notatus & infamis disertè pronunciatuſ repe-
riatur. At verò tale quid lege, Senatusconsulto vel edicto Prætoris de Ju-
dæis sancitum constitutumq; nullibi extat. *Arg. l. 1. l. 2. & seq. ff. de his qui not.*
infam. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 6. n. 14. Diss. Didac. Covar.
in relect. clementin. si furiosus part. 1. §. 2. n. 8. conclus. 6. de homicidio. Stephan. Grat.
disceptat. forens. tom. 5. c. 842. n. 8.

33. Nec est quod quis in contrarium moveatur, *Authenticâ Gaſa-*
ros C. de heretic. & Manichæis. Ubi circumcisi, perpetuâ damnantur infamiâ:
ex textu siquidem isto perspicuè relucet nomine circumcisorum Judæos
non comprehendit: cum nec ipsi proscripti sint, nec bona illorū confiscen-
tur; prout ex mox dicendis evadet manifestissimum.

34. Nec ad rem facit quod vestitu vel signo aliquo ita notati de-
beant esse Judæi quò à Christianis facile discerni queant. *cap. in nonnullis 15.*
extr. hoc. tit. Ordinatio Imperii Politica, Augusta Vindelicorum anno 1530. publicat.
tit. von der Jüden Kleydungen. Aloisius de Albertis singular. 191. Mar-
quardus de Sufan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 4. per tot.

35. Hoc enim propterea constitutum ordinatumq; est, ne quis
imprudens cum Judæis conversetur ab iisdemq; circumveniatur & deci-
piatur: nevé Christiani cum ipsis matrimonio sese ignorantè commi-
ſceant, *d. cap. In nonnullis 15. hoc. tit. Eberhardus Speckhan. cent. 2. class. 1. cap.*
quest. 16. n. 25.

36. Interim tamē minimè inficiamur, ipsos nota aliqua sive ma-
cula, seu ut vulgò appellant, infamiâ facti laborare, cū illorum existima-
tio valdè sit apud graves & honestos viros gravata, *l. cognitionum. 5. ff. ex-*
traordinar. cognit. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 6. n. 14.

37. Hinc Judæis portæ dignitatum sunt clausæ, atq; ab omnibus
excluduntur honoribus ac muneribus, à quibus arcentur infames, *l. final.*
C. de dignitat. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 6. n. 1. n. 14. & per
tot. Udalricus Zasius ad rubric. tit. digest. de justit. & jur. n. 5. Didac. Covarruv.
ad clement. si furiosus part. 1. §. 2. n. 8. concl. 6. de homicid.

38. Ac proinde nec in Doctores Juris vel Medicinæ, nec in Ta-
belliones sive Notarios publicos creari, *Lud. Romanus singular. 679. in*
princ. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 7. n. 1. & sequent. Eberhardus
Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20.

39. Nec Judicis vel Assessoris officio fungi, *l. Iudæi. §. communi. C. de*

B

Iudæis



Iudæis Eberh. Speckhan. d. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20. Marquardus de Sufan. d. part. 2. c. 6. n. 14.

40. Aut in arbitros compromissarios consensu partiū elegi possunt, nisi res inter ipsos Judæos controvertatur, Marcus Anton. Blancus tract. ut. de compromiss. quest. 2. n. 20. Camillus Borell. in tractat. de compromissis, §. 2. gloss. 4. n. 105. Eberhard Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20. & quest. 18. n. 2. Dissent. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis, part. 2. c. 6. n. 23. & sequent.

41. Sed nec in Iudicio advocati partes in Christianorum causis subire queunt, cum & ab hoc officio, utpote honerato, infames, quantumvis infamiâ facti laborantes, arceantur lib. 1. de postulando. Udalricus Zasius ad rubric. digest. de justit. & jur. n. 6. Didac. Covarruv. ad. d. clement. si furiosus. part. 1. §. 2. n. 8. concl. ultim. de homicid. Marquard. de Sufan. tractat. de Iud. part. 2. c. 7. n. 3.

42. At numquid Judæus Procurator in iudicio esse poterit? Affirmativa nonnullis placet, motis sine dubio ratione istâ vulgari ac tritâ quod procuratoris officium sit vile, ut proinde & viles personæ atq; infames ad illud aspirare valeant, l. si quis procuratorem. ff. de decurionibus. §. final. Institut. de except. Camillus Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. 66. de procurator. num. 63. & 65. tom. 1. Joh. Sichard. ad rubric. C. de procurator. num. 7. Didac. Covarruv. practic. quest. c. 19. n. 7. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis, part. 2. c. 7. num. 4. Udalricus Zasius ad rubric. dig. de just. & jur. n. 6. & 7. Matth. Wesenbecius in paratit. dig. de procurat. n. 4. Joh. Vincent. Honded. consil. 81. num. 55. vol. 1. Guido Papæ decis. Gratinopolit. an. 39. num. 1. Matth. Colerus decis. German. 115. n. 11. part. 1. Joh. Zanger de except. part. 2. c. 8. n. 100.

43. Sed fallūtur hi nostrâ opinione & à vero aberrant quàm longissimè. Nec enim procuratoris judicialis officium vile est, sed honoratum, nec nisi ab honoratis personis administrari potest; Ut meritò ab eo & Judæi & quivis alii infamiâ juris vel facti notati, procul arceri debeant; Et quidè de jure Canonico res certa est clara & indubitata; utpote discretè decisa in canon. infames. causa 3. quest. 7. Ludolph. Schraderus tractat. feud. pa. 1. 10. sect. 18. n. 113. Bernh. Grævæus lib. 1. pract. conclus. 43. confid. 3. And. Gial. lib. 1. practic. observ. 43. n. 8. Guido Papæ decis. Gratinopolit. 89. & decis. 399. n. 1. Camillus Borrellus d. tit. 66. n. 63.

44. Sed & jure civili Cæsareo dubitationē nullā omninò recipit, cum nullibi in eo vel scriptum, vel sancitū legitur, munus procuratoris judicialis vile esse eodemq; viles atq; infames personas fungi posse. Anton. Faber

Faber in *Rational. ad l. 7. ff. de recept. qui arbitr. recept.* Jo. Harprecht *ad §. i. n. 156.*
Instit. per quos agere. Dissent. Camillus Borrellus d. tit. 66. de procurator. n. 64. &
65. Matth. Wesenb. in parat. dig. de procurator. num. 4. Joh. Sichard. ad rubric. C.
de procurator. n. 7. Bernh. Grævæus d. concl. 43. conf. 3. n. 1. Ludolph. Schrader.
in tractat. feud. d. sect. 18. n. 112.

45. Quod ipsum & moribus in universis benè constitutis judi-
ciis receptum & in supremis præsertim palatiis principumq; curiis, ipsaq;
Imperiali Camera ordinatum esse, testantur Andr. Gailius *libr. 1. observat.*
prætic. 43. n. 7. & 8. Andr. Tiraquell. tractat. de Nobilitat. c. 30. n. 4. & 5. Bernh.
Grævæus libr. 1. concl. 43. confid. 3. n. 4. Ludolph. Schrader. d. sect. 18. num. 114.
Joach. Mynsing cent. 4. obs. 32. Rutger. Ruland. tract. de commissar. part. 1. lib. 4.
c. 13. n. 14. Joh. Zanger. de except. part. 1. c. 8. n. 102.

46. His consequens est Judæos nec decurionatui præesse, nec
magistratum gerere inter Christianos posse: cum & huic non nisi honestæ
personæ præfici debeant. Quanquam & istâ ratione ipsis hisce muneribus
interdici videatur, quod indignum sit Judæum Christiano imperare, insu-
perq; ipsi, utpote Christianorum hostes nihil omninò prætermisuri fo-
rent, quod ad oppressionem Christianorum ullo modo conducere pos-
set, *l. final. C. de Iudæis. c. cum sit nimis. extr. hoc tit. Lud. Romanus singular. 679.*
n. 1. & per tot. Marc. Anton. Natta consil. 621. n. ult. tom. 3. Didac. Covarruv. ad
clementin. furiosus part. 1. §. 2. n. 8. concl. 6. de homicid. Alexand. Trentacinq. lib. 1.
variar. resol. tit. de legib. resolution. 3. n. 11. §. hinc est. Eberhard. Speckhan. cent. 2.
class. 1. quest. 16. n. 20. Marquard. de Susan. tract. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 1.

47. Qua etiam de causa nec Jurisdictio ipsis à Magistratu Chri-
stiano committi vel delegari poterit. *Didac. Covarruv. in relect. clement. si fu-*
riosus part. 1. §. 2. n. 7. de homicidio.

48. Inter seipfos tamen decurionis, judicis vel magistratus offi-
cio eos fungi posse, haud inviti largimur. *Marc. Anton. Natta consil. 621.*
n. ult. tom. 3. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resol. tit. de legib. resol. 3. n. 11. §.
hinc est. Didac. Covarruv. d. part. 1. §. 2. n. 7.

49. Quænam modum & tunc indubitanter ad functionem ma-
gistratum admittentur, quando conversi ad fidem Christianam & ba-
ptizati sunt. *Lud. Romanus singular. 679. Didac. Covarruv. in relect. d. clem.*
si furiosus part. 1. §. 2. n. 7. & sequens. Udal. Zasius ad rubric. dig. de just. & jur. n. 12.

50. Equidem Judæum non Judei tutorem esse posse Modestinus
clare respondit proculdubio hac ratione ductus quod tutor non personæ

+ Iudæi

sed rebus earundemque administrationi præficiatur; in administratione verò rerum non minor sit dexteritas, fides & diligentia atque Christiani
l. Spadonem. 15. §. jam autem. ff. de excusat. tutor.

51. Verùm hanc opinionem respuunt pleriq; juris nostri Doctores, eandemq; ceu impiam & absurdam damnant: Tum quod pupillus, qui apud tutorem, si utroq; parente orbatu fuerit, educandus est, facile pravis moribus ac judaicis superstitionibus corrumpi possit: Tum quod nimia intimaq; conversatio Christianis cum Judæis sit jure legibusq; interdita: Tum quod credibile nō sit fidelem pupillo Christiano fore eos, qui crucis Christi sunt inimici, qui blasphemii sunt nominis Christi, quiq; fidei nostræ sunt hostes: Perniciosissimi proinde exempli esse ducunt, Judæos ad Christianorum tutelam admittere. Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 7. n. 13. & 14. Paul. Montanus tractat. de tutel. c. 4. n. 32. cum seq. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20. Didac. Covarruv. in relect. d. clementin. si furiosus part. 1. §. 2. n. 7. de homicidio. Udal. Zasius in rubric. digest. de just. & jur. n. 8.

52. Ut verò scopulum *d. l. Spadonem.* evitent, eam per constitutionem, *l. final. C. de Iudæis.* correctam & abrogatam esse statuunt: eo quod ibi Judæis omni administratione, adeoq; & tutelæ administratione, serio interdicitur. Marquard. d. c. 7. n. 13. Paul. Montan. d. c. 4. n. 49.

53. Sed meo judicio perquam imperite agunt & à veritate profus deviant; dum non animadvertunt, *d. l. final.* non esse unam ex novis Justiniani sanctionibus sive decisionibus, sed in priori eam extrisse codice adeoq; legibus pandectarum promulgatione esse priorem: Quæ ratio nos movet ut dispositionem *d. l. Spadonem.* in pristino flore & vigore incorrectam mansisse & etiamnum esse, serio existimemus: in primis cum nec in novis Politicis ordinatibus, de pupillorum tutela accuratam diligentemq; dispositionem exhibentibus, quicquam hac in parte mutatum reperiatur, *l. precipimus. C. de. appellat.*

54. Et quanquam hæc sententia dura videri posset, ei tamen standum erit, quia lex ita scripta est, nec rarum est ut æquitati & rationi jus strictum prævaleat, *l. prospexit ff. qui & à quibus manum. l. 20. & 21. ff. de legib.*

CAPUT III.
 De Iure quo
 Iudæi utuntur.

55. Judæi porro cum cives Romani sint, appellationeq; populi Romani veniant & de eodem populo deq; corpore civitatis, ubi degunt, esse dicantur. Joh. Petr. Ancheranus lib. 2. quest. 27. n. 4. Marc. Anton. Natta consil. 434. n. 4. & consil. 620. n. 18. tom. 3. Rolandus à Valle consil. 35. n. 27. & sequent.

sequent. & consil. 36. n. 50. vol. 2. Joh. Baptista Asinius in praxi iudic. part. 1. §. 4. c. 7. n. 2. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legibus resolut. 3. n. 2. & 3. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis. part. 2. c. 1. n. 3.

56. Par est ut jure etiam civili Romano utantur, atq; secundum illud regantur ac judicentur. Joh. Petr. Surdus tract. de aliment. tit. 2. quest. 15. num. 74. & seqq. Felinus Sandeus ad capit. Iudæi. num. 8. extra hoc tit. Jacobus Philip. Portius consil. 4. n. 34. & seq. vol. 1. Martinus Benckendorff in addit. ad Seraphin. tr. de privil. juram. privileg. 48. num. 28. Stephanus Gratianus disceptat. forens. tom. 5. cap. 977. num. 7. & 8. Johan. Petr. Ancheranus d. q. 27. n. 3. Marcus Anton. Natta consil. 621. num. 9. tom. 3. Eberhard. Speckhan cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 9. & quest. 18. n. 3.

57. Quin etiam juri statutorio illius loci, ubi commorantur, subiecti sunt ejusdemq; participes redduntur non modò in odiosis, sed in favorabilibus quoq; 1. Nemo Iudæorum. l. Iudæi C. de Iudæis, Joh. Baptista Asini in praxi Iudic. part. 1. §. 4. c. 7. n. 4. & 8. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 1. n. 1. & per tot. & c. 2. num. 1. cum seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 658. n. 27. Joh. Pet. Ancheran. lib. 2. quest. 27. n. 7. Iac. Phil. Portius consil. 4. n. 37. & sequent. vol. 1. Rolandus à Valle consil. 35. n. 29. & 35. cum seqq. & n. 42. 43. vol. 2. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 3. Hippolytus de Marsil. singul. 540. n. 2. Garfia de Mastrill. decis. 254. n. 15. lib. 3.

58. Quod tamen verum est ac procedit in materia duntaxat indifferenti & Iudæis pariter atque Christianis applicabili, Rolandus à Valle consil. 35. n. 43. & sequent. vol. 2. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 1. & seqq.

59. Etsi verò non desint magni nominis Jcti, qui Iudæos tunc demum ad juris Romani civilis observantiam adstringi existiment, si jus Mosaicum, deficiat: aut per jus civile expressè abrogatum reperiatur. Cæteròquin jure Mosaico ipsos judicari velint, maximè si non cum Christianis, sed inter semetipsos disceptent. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 11. & seq. Marc. Anton. Natta consil. 621. n. 3. tom. 3. Petr. Ioh. Ancheran. lib. 2. quest. 27. n. 3. Didac. Covarruv. in epitom. decret. part. 2. de Matrimon. c. 6. §. 10. n. 7. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 18. n. 5. Marquardus de Sufan. tract. de Iudæis, part. 2. cap. 2. n. 6. & c. 4. num. 1. cum seq.

60. Quia tamen satis superq; constat leges Mosaicæ ceremoniales & politicas, adventu Christi atq; everfione Reipublicæ Iudæicæ sublatas omnibusq; suis viribus enervatas: Iudæos verò Christiano magistratui

eiusdemque imperio subjectos atq; cives Romanos effectos esse, conveniens planè non est ipsos, quantumvis inter Christianos viventes atq; inter sese litigantes legibus, Mosaicis relinquendos, nisi quatenus magistratus hoc connivendo fieri patitur. Marquard. de Susan. *tract. de Iudæis part. 2. cap. 1. num. 1.*

61. De Jure Canonico utrumne & ei subjacent Iudæi perinde ut Christiani? haut injuriâ dubitatur: cû enim jus hoc sit Ecclesiasticum, à summo Pontifice conditum & promulgatum: In Iudæos verò cæterosque infideles Ecclesia nullum jus sibi vindicare nullamve Jurisdictionem exercere possit, videtur omninò concludendum, nec juri canonico Iudæos subesse eodémq; ligari.

62. Ratione tamen hac non obstante, cum communi Dd. schola statuere haut dubitamus: Iudæos in rebus & causis spiritualibus nec non Ecclesiam ejusdemq; regimen, ordinationem & censuram concernentibus Sacris & Ecclesiasticis canonibus atq; decretis prorsus non obligari: In temporalibus verò ipsos non minus atque Christianos illis obstringi, *c. gaudemus extr. de divortio c. de infidelibus extr. de consanguin. & affinit. Alexand. Trentacinq. lib. 1. vari. r. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 8. Marquard. de Susan. tractat. de Iud. part. 2. c. 8. n. 1. & seq.*

63. Cæterùm cû in legibus interpretandis causisq; dijudicandis duo imprimis considerata veniant, rigor juris, sive jus strictum, & æquitas, atq; hæc illi plerumq; anteferri soleat & debeat, ita ut Iudices eâ præ oculis sibi positam inq; rebus omnibus præcipuam habere, oporteat, *l. 8. C. de judic. l. 4. ff. de eo quod cert. loco. l. 14. §. 13. ff. de religios. & sumpt. funer. l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. l. 81. ff. pro socio l. 32. ff. si cert. pet. l. 91. ff. verb. obligat. l. pen. ff. de restitut. in integr. l. 11. ff. de in jus vocand. l. 40. ff. de petit. hered.*

64. Idcirco hinc quæstio suboritur non levis momenti, utrumne in causis quoque Iudæorum, maximè ipsis cum Christianis controversis, æquitas rigori, an verò rigor æquitati præponderare debeat? Et fanè multis placet rigorem anteferri æquitati debere: Hippolyt. de Marfil. *singul. 463. n. 4 Felin. Sandeus ad c. 2. n. 4. & sequent. hoc. tit. Udal. Zasius ad l. si insulam. n. 5. ff. de Verb. Obligat. Iason. ad. l. 1. §. si vir uxori. n. 10. ff. de acquir. possess. Martin. Benckendorff in addit. ad Seraphin. de privileg. juram. privil. 48. n. 21 Marquard. de Susan. tract. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 5.*

65. Vincit tamen superiorque evadit contraria opinio, quam & nos communem & veram esse meritò statuimus. Stephanus Gratianus *discept.*

discept. forens. tom. 4. c. 658. n. 24. Andr. Tiraquell. tract. de jure primogenit. q. 60. n. 7. Joh. Hannibal. in repetit. l. si insulam n. 19. & sequent. ff. de verb. oblig. Seraph. de Seraphin. tractat. de jurament. privileg. 48. numer. 27. Rolandus à Valle consil. 35. n. 52. vol. 2. Domin. Arumæus in tract. de mora c. ult. n. 1. & 2. Andr. Alciatus in paradox. c. 11. Joh. Crotus in repetit. d. l. si insulam. n. 38. ff. de verb. obligat. Joh. Petr. Surdus tractat. de aliment. tit. 2. quest. 15. n. 79. Franc. Curtius junior in repetit. l. final. n. 4. & 5. C. de edend. Marc. Anton. Natta consil. 620. n. 17. tom. 3. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 2.

66. Quin etiam Iudæi contra Christianos juris rigore utuntur in iis, quæ contra æquitatē jure rigido sunt constituta: Ac proinde res Christianorum præscribere & præscriptione sibi acquirere possunt, Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 7. Lud. Romanus singular. 812. per tot. Marc. Anton. Natta consil. 434. n. 4. tom. 2. & consil. 620. n. 7. tom. 3. Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 4. c. 658. n. 28. Alexand. Trentacinq. libr. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 2.*

67. Cum igitur, ut hæctenus ostensum est, Iudæi eodem jure eademq; æquitate cū Christianis utantur, ratio postulat ut pari quoq; securitate salvòq; conductu, quo Christiani, fruantur: atq; ab omni vi & insolentia, tum quoad corpus & vitam; tum quoad facultates & bona: tum etiam quoad cultum & Religionem, tuti sint & plena securitate muniti. *l. Christianis 6. C. de Paganis. l. Nullus 14. C. de Iudæis. c. sicut Iudæi. 9. §. Nullus etiam Christianus. extr. hoc tit.*

68. Proinde in corporibus offendi non possunt, nec verbari nec occidi: Ita quippe Imperatores Honorius & Theodosius: *Christianis, inquiunt, qui verè sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus ut Iudæis ac paganis quiete degentibus, nihilq; tentantibus turbulentū, legibusq; contrarium, non audeant manus inferre, religionis auctoritate abusi, &c.* & Pontifex Maximus. Nullus, ait, *Christianus eorum quemlibet sine judicio terrena potestatis vel occidere vel vulnerare presumat. d. l. Christianis 6. C. de Paganis. c. 9. §. nullus. extr. hoc tit.* Marc. Antonius Natta consil. 620. n. 22. tom. 3. Eberhard Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 9. Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 12. per tot.

69. Quapropter Iudæi vim sibi illatam vi repellere & in vasorē, si aliter se tueri non possunt, vel vulnerare vel occidere jure atq; impunè queunt: Ubi enim offensio est illicita, ibi defensio est licita & legitima, *l. ut vim. 3. ff. de just. & jure.*

70. Et Iudæum occidens eadem pœnâ, qua Christiani hominis interfe-

CAP. IV.
De Securitate
& salvo con-
ductu Iudæo-
rum.

interfeutor, puniri debet: Quinimò non desunt, qui cum Glossa gravius peccare & delinquere asserant occisorem Iudæi, quam interfectorem Christiani: cum hic corpus solùm, ille verò & corpus & animam perimat, quod tamen egregiè refutat Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis, part. 1. c. 12. per tot.

71. Sed & securitas seu salvus conductus alicui Christiano, pro se & sociis concessus, Iudæum quoq; socium itinerisve comitem completitur. Nicolaus Boerius decis. Burdegalsis. 179. num. 6. & 7. Hippolytus de Marfil. singular. 540. n. 2. Rolandus à Valle consil. 35. n. 33. vol. 1. Alexander Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 7. Marquard de Susan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 1. n. 12. Marc. Anton. Natta consil. 620. n. 8. tom. 3.

72. Sed nec bona Iudæorum, legitimo modo atq; titulo ipsis acquisita, sine causa justa & legibus probata auferri & diripi possunt: licetrumq; Iudæis facultates suas iisdem modis, mediis atque remediis tueri, quibus & Christiani contra fures, prædones ac vi raptores jure sunt muniti, l. 6. C. de Iudæis cap. 9. §. Nullus. extr. hoc tit. Garfia de Mastrillis decis. Sicilia 254. n. 5. & per tot. libr. 3. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 9. Marquard. de Susan. tract. de Iudæis part. 1. c. 2. n. 3. cum sequent. & c. 7. n. 1. & per tot. Marcus Anton. Natta consil. 434. n. 4. tom. 2. & consil. 620. n. 22. tom. 3.

73. In tantum ut nec princeps summus bona Iudæo sine legitima causa auferre, eundemve facultatibus suis privare queat. Garfias de Mastrillis in decis. Sicil. 254. per tot. libr. 3. Marquardus de Susan. d. part. 1. cap. 7. num. 1. & per tot.

74. Quod si Christianus sive in persona Iudæi, sive in bonis ejus aliquid juris sibi competere existimet, non debet sibi metipso jus dicere, sed legibus experiri & competètib; actionibus coràm magistratu Iudæo convenire debet: Idcirco enim judiciorum vigor jurisq; publici tutela videtur in medio constituta ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem, l. extat. 13. ff. quod met. caus. & l. Nullus 14. C. de Iudæis.

75. Cùm porrò Ecclesia Iudæis permittat ritibus suis & ceremoniis, veluti circuncisione, orationibus, jejuniis, observationibus, & quibuscunque aliis superstitionibus, citra tamen Christianæ religionis contemptum & contumeliam, uti Canon. qui sincera intentione. 3. distinct. 45. l. 1. n. C. de Iudæis, Jacobus Philippus Portius consil. 4. n. 44. vol. 1. Roland. à Valle consil. 25. n. 7. vol. 3. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 9. & n. 22. Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 2. n. 3. Marc. Antonius Natta consil. 622.

consil. 622. n. 8. t. 3. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 11. §. secundo moventur.

76. Idcirco à Christianis in hoc suo cultu turbari, molestari aut impediri non debent: nec die Sabbathi aliisq; festis ad iudicis tribunal citandi, ibidemq; sese sistere compellendi sunt: secus qui fecerit, honoris & officii sui periculum patietur, vel excommunicationis sententiâ plectetur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxit. *Canon. qui sincera. distinct. 45. cap. 9. §. Nullus etiam. extr. hoc tit. l. 1. l. 13. C. de Iudæis.*

77. Synagogas præterea Judæorum tolerat Ecclesia: quas & ipsas inviolabiles esse, & pontificum decretis, & Imperatorum Sanctionibus disertè est cautum, *d. can. qui sincera. l. Nullus. 14. v. non passim. Cod. de Iudæis, Jac. Philippus Portius consil. 4. n. 42. & 46. vol. 1. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 1. c. 3. n. 18. & sequent.*

78. Non tamen in manu & potestate ipsorum est Synagogas novas, sine Pontificis maximi consensu, erigere, aut erectas exaltare, vel ampliores preciosioresve, quàm antea fuisse noscuntur, efficere, nec hujus licentiâ Episcopus ipsis cõcedere valet: Nec recepti à magistratu hanc facultatem eos accepisse credendum est, quamvis ruinosas reparare & penitus etiam collapsas, combustas vel funditus dirutas destructasq; reficere & reedificare illis sit integrum, *c. Iudæi. 3. capit. consuluit. 7. extr. hoc tit. l. final. C. de Iudæis, Stephan. Gratianus discept. forens. tom. 4. cap. 658. n. 39. 40. 41. 42. 43. & seqq. & tom. 3. cap. 432. n. 4. Eberhard. Speckhan cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 11. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 1. cap. 3. n. 8.*

79. Sed ita demum Judæis ceremoniarum suarum, & religionis exercitium concessum censetur, ut neminem Christianorû seducere, corrumpere vel ad Iudæismum & superstitionem suam traducere debeant, alioquin si id fecerint aut facere præsumperint, bonorum publicationem sustinere miserumq; in modum puniri debent, *l. Iudæus & l. si Iudæus. Cod. de Iudæis. Eberhardus Speckhan cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 12.*

80. Ne autem Christianis periculum aliquod seductionis à Judæis sit metuendum idcirco multi in ea sunt sententia, non modò non consultum, sed ne licitum Christianis esse cum Judæis politicè ullo modo conversari, sed ipsorum communione prorsus abstinendum esse, cum etiam sint viles turpes & infames, eorumque mores moribus nostris prorsus dissimiles, nec in aliquo concordent: *can. 10. 11. 12. & 13. caus. 28. quest. 1. cap. 8. extr. hoc tit. Udalricus Zasius ad rubric. digest. de iustit.*

CAP. V.
De Conversa-
tione Chri-
stianorum cū
Iudæis.

C

de iustit. & jur. num. 8. Paulus Montanus tractat. de tutelis cap. 4. num. 32. & sequent.

81. Verùm conversationem duntaxat nimiam, frequentem vel assiduam amicitiamque intimam cum ipsis esse interdictam, moderatam verò conversationem licitam esse atq; permissam, verum est & tam verbo Dei, quàm sacris canonibus atq; Imperatorum constitutionibus consentaneum, *c. 5. vers. 10. cum seq. & cap. 10. v. 27. prior. ad Corinth. c. 8. vers. quoniam. extr. hoc tit. Martinus Becanus Theologiae Scholasticae part. 2. tom. 2. tract. 1. cap. 13. quest. 5. Rolandus à Valle consil. 35. n. 34. vol. 2. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 4. n. 14. & 16. Everhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 13.*

82. Quocirca matrimonium, ut quod individuum atq; assiduam vitæ consuetudinem inducat, Judæus cum muliere Christiana, vel Christianus cum fœmina Judæa contrahere non potest, *can. non oportet. & can. cave. caus. 28. quest. 1. l. Ne quis Christianam. C. de Iudæis. Alberic. Gentil tract. de nupt. lib. 2. c. 19. Nicolaus Boerius decis. Burdegal. 316. n. 5. Petr. Nicol. Mozzius tractat. de contract. tit. de nupt. rubric. qui possunt contrahere matrim. n. 25. Roland. à Valle consil. 35. n. 47. vol. 2. Didac. Covarruv. libr. 4. decretal. part. 2. de matrimonio. c. 6. §. 11. n. 1. & sequent. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 13. & n. 18. Jac. Menochius lib. 2. arbitrar. jud. quest. cent. 3. quest. 290. n. 1. & per tot. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 3. n. 10. Joach. à Beult tractat. de conjugio part. 2. de matrimonio. c. 37. Johan. Scheide win ad tit. Institut. de nupt. part. 4. n. 21.*

83. Adeò ut si quis contra fecerit pœna adulterii, quæ jure civili est ultimum supplicium, affici debeat, *d. l. Ne quis Christianam. canon. ultim. caus. 28. quest. 1. Andr. Alciatus lib. 7. parergon. c. 23. Theodor. Beza in tractat. de divortis pag. 101. & sequent. Jac. Menochius d. quest. 290. n. 1. & sequent. Marq. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. cap. 3. n. 15. Petr. Nicolaus Mozzius tractat. de contract. tit. de nuptiis rubric. qui poss. contraher. matrim. n. 25. Nicolaus Boerius d. decis. Burdegal. 316. n. 5. Eberhard. Speckhan cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 13. Rol. à Valle consil. 35. n. 47. volum. 2.*

84. Ubi tamen observandum prohibitionem hujus conjugii inter Christianos & Judæos non esse juris divini sive naturalis, sed positivi duntaxat & civilis: Adeoq; Pontificis summi dispensationem non respue-
re. Robert. Bellarminus libr. 1. de sacrament. matrim. c. 23. proposit. 4. Didac. Covarruv. libr. 4. decret. epit. part. 2. de matrim. c. 6. §. 11. n. 1. Petrus Nicolaus Mozzius d. tit. de nupt. rubric.

85. Cæte-

85. Cæterum conjugium cum infideli contractum irritum est & rescindendum non quidem jure morali & naturali, sed civili ac positivo, *cap. Iudæi qui Christianas. 10. caus. 28. quest. 1. l. Ne quis Christianam. Cod. de Iudæis.* Albericus Gentil *lib. 2. de Nupt. c. 19 p. 227.* Didac. Covarruv. *in epitom. lib. 4. decretal. part. 2. de matrimon. c. 6. §. ultim. & cap. 7. §. 4. n. 8.* Robert. Bellarmin. *de sacram. matrimon. c. 23. proposit. 2.*

86. Quod si ab initio inter infideles matrimonium contractum est, postea verò unus illorum ad fidem Christianam convertitur, non dirimitur matrimoniū quamdiu infidelis cum fideli conjuge pacificè ac sine scandalo habitare vult: quod si verò fidelem deseruerit vel seducere eū & ad mortale peccatum pertrahere tentaverit, vel sine blasphemia Divini nominis ei cohabitare noluerit, matrimonium hoc ipso, etiā quoad vinculum, dissolutum intelligitur, nec fidelis ad secunda vota transire prohibetur, *1. ad Corinth. c. 7. vers. 12. & 13. c. 7. extr. de divort.* David Paræus *in comment. d. c. 7. poster. ad Corinth. quest. 5.* Joach. à Beust *tractat. de matrimon. part. 2. c. 37.* Didac. Covarruv. *d. part. 2. de matrimon. cap. 7. §. 4. n. 8.* Theodorus Beza *tractat. de divort. p. 99. & seq.* Henning. Arnifæus *tractat. de jure connub. cap. 6. sect. 5. n. 41. 42. & sequent.*

87. Aliud verò dicendum quando è duobus fidelibus conjugibus ad judaismum unus deficit: tunc enim conjugium hoc nō quoad vinculum, sed quoad thorum duntaxat dissolvitur, nec fideli ad aliud conjugium vivente infideli aspirare permittitur, *d. cap. 7. extr. de divort. videantur,* Petr. Nicolaus Mozzius *tractat. de contractibus tit. de nupt. rubric. qui poss. contrahere matrim. n. 26. & sequent.* Joach. à Beust *d. part. 2. de matrimon. c. 37.* Didac. Covarruv. *d. c. 7. §. 4. n. 8.* Theodor. Beza *tractat. de divort. p. 99 & seq.* David Paræus *in comm. d. c. 7. quest. 5.* Robert. Bellarmin. *lib. 1. de matrimon. sacrament. c. 12 in fine.* Johan. Schneide win *ad tit. Institut. de nupt. part. 4 n. 20.*

88. Pari ratione non licet Christianis assiduo Judæorum servitio sese addicere, vel in ædibus ipsorum nutricis munere, etiam Episcopo dispensante, fungi, vel in eadem domo, & sub eodem tecto cum illis habitare, *c. Iudæi. 5. c. Adhæc. 8. extr. hoc tit. & can. 13. caus. 28. quest. 1.* Joh. Georgius Bechtius *tractat. de securit. & salvo conduct. c. 4. n. 101.* Eberhardus Speckhan *cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 13.* Marquard. de Sufan *tract. de Iudæis part. 1. c. 4. n. 18. & sequent.*

89. Sed numquid cum Judæis cibum capere integrum sit Christianis non immerito quæritur? Videtur enim hoc & jure divino & jure canonico,

canonico, licitum atq; permissum esse: dum Apostolus Paulus aperte Corinthiis permittit ad convivia infidelium venire & quicquid appositum est, edere: & Clemens Tertius Christianis Judæorum conviviis interesse concedit, jubens cibus apposis cum modestiâ & gratiorum actione uti. *prior. ad Corinth. c. 10. vers. 27. & c. 10. extr. hoc tit.*

90. Veruntamen in Concilio Agathensi contrarium est decretum & disertè sancitum, ut omnes deinceps clerici & laici Judæorum convivia evitare, nec quenquam Judæorum convivio suo excipere debeant, quia cum apud Christianos communibus cibus Judæi non utantur, indignum atq; sacrilegum sit eorum cibos à Christianis sumi: cum ea, quæ, Apostolo permittente, nos sumimus, ab illis judicentur immunda, atque sic inferiores inciperent, esse Christiani Judæis, si nos, quæ ab illis apponuntur, uteremur: Illi verò à nobis oblata contemnerent, *canon. omnes deinceps 14. caus. 28. quest. 1.*

91. Huic igitur concilii interdicto merito standum est quanquam civile duntaxat sit & positivum atq; ob id dispensabile, prout & ratio ejus perspicuè indicat. Marquard. de Susan. *d. part. 1. c. 4. n. 20.* Eber. Speckhant. *cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20.* Joh. Georg. Bechtius *d. c. 4. n. 101.*

CAP. VI.
De contractibus & commerciis Iudæorum.

92. Extra hæc verò cum Judæis contractus & commercia exerceri, societas bonorū iniri & omnia illa fieri contrahi & transigi possunt, quæ civibus Romanis atq; illis qui juris gentium & naturalis communior nem habent, permessa, nec Judæis specialiter interdicta in jure reperiuntur, *l. Iudæi & l. quicumq; C. de Iudæis.* Marquard. de Susan. *tractat. de Iudæis part. 1. c. 5. n. 1. & seq.* Nicolaus Boerius *decis. Burdegal. 179. n. 6. & 7.* Marc. Antonius Natta *consil. 620. n. 8. tom. 3.* Alexand. Trentacinq. *tractat. variar. resolut. tit. de legibus resolut. 3. n. 7.* Rolandus à Valle *consil. 35. n. 34. vol. 3.*

93. Quapropter cum æquitas naturalis suadeat neminem in contractu decipi, circumveniri & fraudari atq; cum jactura proximi locupletiore reddi, proinde cum Judæis quoq; bonâ fide agendum: & contrahendum, nec in ipsorum fraudem & detrimentum quicquam committendum: Cæteroquin iisdem gaudebunt remediis, quibus in jure circumventis ac dolo deceptis prospectum est, *l. 1. de pactis l. 1. de constitut. pecun.*

94. Et ideò remedium quoq; legis *2. C. de rescind. vendit.* Itemq; remedium *l. 3. C. commun. utriusq; judic.* ut & restitutiones in integrum ex capite minorænitatis, vel Absentiæ justæ, vel doli, vel metus Judæis deceptis, circumventis aut lesis, non minus quam Christianis competunt, Stephanus Gratianus

Gratianus *discept. forens. tom. 4. c. 658. n. 27.* Marquardus de Sufan. *tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 7.*

95. Nec refert quod Judæi non sint simplices rerumq; imperiti, sed nequam duplices, sagaces admodum, callidi atq; periti, illorumq; sit fallere non falli, & insuper rerum precia probè habeant exacteq; cognita: Hæc enim omnia cum in facto consistant, non præsumuntur, sed probari debent. Hugo Donellus *ad l. 2. n. 10. C. de rescind. vendit.* Joh. Sichardus *ad eand. l. 2. n. 5.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. vendit. resolut. 3. n. 9.* Fabianus de Monte *tractat. de empt. vendit. quest. princ. 8. num. 20.* Didac. Covarruv. *lib. 2. variar. resolut. c. 4. n. 2.*

96. Quod si tamen certum sit & constare possit, Judæum pretium rei scivisse & nihilominus re minoris vendidisse, aut majoris emisse ratio suadet ei non subveniri: Tum quia volenti atq; consentienti non fit injuria: Tum quia hoc casu tacite intelligitur remedio d. l. 2. & consimilibus renunciasse. Johan. Köppe *decis. 58. n. 17. & sequent. part. 1.* Joh. Sichard. *ad d. l. 2. n. 5. C. de rescind. vendit.* Daniel Mollerus *lib. 2. semestr. cap. 28. & in comment. ad constitut. Electoral. Saxonie. 34. n. 6. part. 2.* Petr. Nicol. Mozzius *tract. de contractib. tit. de empt. & vendit. rubric. quibus casibus annull. num. 16.* Fabianus de Monte *tractat. de empt. vendit. quest. princ. 8. n. 19.* Didac. Covarruv. *lib. 2. variar. resolut. c. 4. n. 2.* Ernest. Cothman. *respons. 28. n. 289. vol. 1. & respons. 53. n. 88. & sequent. vol. 2.* Anton. Gabriel. Romanus *lib. 3. comm. conclus. tit. de empt. vendit. conclus. 1. n. 81. & n. 98.* Panthal. Calolerius de Crema *ad l. rem. majoris n. 88. & seqq.*

97. Illud hoc loco prætereundum non est, in civitatibus, quas mixtim Christiani & Judæi incolunt, à magistratu per statutum caveri posse, ne Judæi dardanarii vulgò *die Borkauffere* ad privatum suum lucrum frumentum aliaq; victualia in magna copia coemant, eum in finem, ut eadem rursus Christianis indigentibus majori precio vendant, sed ut cogantur ipsi ad certum tempus & tandiu expectare, usq; dum Christiani, quæ sibi comparatu necessaria fuerint, ad sui sustentationem, emerint. Johan. Köppen *decis. 59. n. 21. part. 1.* Jac. Menochius *libr. 2. arbitrar. jud. quest. casu 384. num. 1. & sequent.* Anton. Gomezius *tom. 2. variar. resolut. tit. de empt. vendit. c. 2. n. 51.* Ludovic. Molin. *tractat. de justitia & jure, tom. 2. disput. 341. n. 4.*

98. Quemadmodum nec ipsis concedendum ut in foro precium plus justo venditoribus offerant, quo vel aliis merces præripiant, vel alii charius res emere cogantur: si quid enim tale ab ipsis factitatum fuerit, se

verè à magistratu vindicari debet, deniq; à magistratu ipsis interdici potest, ne ultra certam quantitatem vel mensuram victualia emant, ne Christianis desit facultas comparandi ad victum necessaria, Joh. Schneidewin ad §. final. n. 11. l. de actionibus, Joh. Koppen decis. 59. n. 20. & 21. part. 1.

99. Cum porrò in Rebus publicis benè constitutis illi, qui victualia, seu res ad vestitum victumq; pertinentes, venalia publicè exponunt, cogantur ea precio illo vendere, quod magistratus determinarit & iustum arbitratus fuerit, nisi extraordinariam pœnam sustinere velint, l. 1. §. 11. ff. de prefect. urb. Petr. Nicolaus Mozzius tractat. de contractib. tit. de empt. vendit. rubric. quæ res emi & vendi poss. n. 48. Ludov. Molin. tract. de iusti. & iure tom. 2. disput. 341. n. 1. Capella Tholozan. decis. 442. & ibid. Stephanus Aufferer. in addit. n. 2. Didac. Covarruv lib. 3. variar. resolut. cap. 14. n. 1. Jason ad l. nec emere. 16. n. 3. C. de iure deliberand. Joh. Schneidewin ad §. final. n. 8. Institut. de empt. vendit. Joh. Koppen decis. 59. n. 16. & 17. part. 1. Petr. Augustinus Morla in emporio part. 1. tit. 9. de contrahend. emp. quest. 1. n. 4. in fine & n. 12. Garcia Marstrillis decis. fecil. 7. n. 4. lib. 1. Francisc. Vivius tract. de commun. opin. lib. 1. opin. 433. Marc. Anton. Natta consil. 11. n. 11. & sequent. vol. 1.

100. Videbatur hoc idem & in Iudæis & quidem multo magis in his, quàm in Christianis locum habere: cum avaritia & pecuniæ per fas etiam & nefas corradendi studio plerumq; Christianos superare soleant: Veruntamen aliud hîc placuit Imp. Arcadio & Honorio dum disertè caverunt, ne Christianus Iudæis pretia rerum venaliû statuere, neve Rectores provinciarum Iudæis ullum discussorem aut moderatorem esse concedere debeant: sed si quis sibi hanc sumere curam, præter ipsos Iudæos proceresque illorum, audeat eum velut aliena appetentem, supplicio coerceri oporteat, l. Nemo exterus. 9. Cod. de Iudæis.

101. Quid verò ad hoc constituendum moverit Imp. aliàs prudentissimos, facile conjici nō potest, interim tamen, sicut constitutio minus videtur rationabilis, ita quoque non est perinde practicabilis: maxime cum posteriores Divi Imp. omni cura & studio nimie atq; immoderate Iudæorum avaritiæ, fraudibus & cupiditati obviam ire voluisse, novissimæ Imperii ordinationes politicæ satis abundèq; testificentur, tit. 20. ord. nat. politic. Anno 1577. Francofurti promulgat.

102. Illud certum est & indubitatum, contractus Iudæorum usurarios, quatenus usuras quincunces in Recessibus Imperii ipsis specialiter indultas & permissas excedunt, non magis sustineri atque si à Christianis

initi

initi fuissent; Ita tamen ut non in totum cassentur aut pro nullis penitus reputentur, sed quoad excessum tantum & quatenus quincunces usuras excedunt: nec pacta ejusmodi usuraria, Judæorum contractibus adjecta, contractus vitiare, sed ipsa vitiari & pro non adjectis haberi debeant. Andreas Gail. *libr. 2. practic. observat.* 4. & 5. Hartmannus Pistoris *obser. serv. 65. per tot.* Bernhard. Grævæus *libr. 2. pract. conclus.* 4. & 5. Didac. Covarr. *libr. 3. var. resol. c. 8. num. 7. in fine.* Borguin. Cavalcan. *decis. Fivizan.* 13. num. 36. 37. 40. & *decis. 24. num. 21. part. 2.* Johan. Vincent. Honded. *consil.* 17. num. 25. *volum. 2.*

103. Postremò quicquid circa commercia & contractus jure statutum est in Christianis, idem quoq; in Judæis dispositum constitutumq; censi, nisi peculiare quid in his disertè & claris verbis reperiatur dispositum. *argum. l. Iudæi & l. Iudæorum, Cod. de Iudæis, Marquard de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 1. num. 4.*

104. Et proinde jus retractus statutarii & Judæis competere non est quod dubitetur. Johan. Petrus Surdus *tractat. de aliment. tit. 2. quest. 15. n. 77.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 4. cap. 658. num. 29. & c. 842. num. 30. & 32.* Marquard. de Sufan. *tractat. de Iudæis part. 2. c. 2. num. 6.* Rolandus à Valle *consil.* 35. num. 35. *vol. 1.*

105. Equidem, quoad moræ purgationem, discrimen non pauci statuunt inter Judæos & Christianos, quasi his ex æquitate in contractibus permessa sit; illis verò non item. Udalric. Zasius *ad l. si insulam, num. 5. ff. de verbor. obligat.* Felinus Sandeus *ad capit. Iudæis, num. 4. & sequent. extr. de Iudæis.* Martin. Benckendorff. *in addit. ad Seraphin. tract. de iurament. privileg.* 48. num. 25. Marquard. de Sufan. *tract. de Iudæis part. 1. c. 5. n. 6.*

106. Verum nos nec hîc à prædicta regula recedendum existimamus, cum, tale quid in jure nuspiam cautum reperiatur. Marcus Antonius Natta *consil.* 620. n. 19. *tom. 3.* Joh. Crotus *ad l. si insulam, n. 8. ff. de verb. obligat.* Joh. Petr. Surdus *tractat. de aliment. tit. 2. quest. 15. n. 79.* Rolandus à Valle *consil.* 35. n. 52. *vol. 2.* Joh. Hannibal. *in repetit. d. l. si insulam, num. 19. & sequent.* Stephan. Gratianus *discept. forens. tom. 4. c. 658. n. 25 & sequent.* Andr. Alciatus *in paradox. lib. 2. c. 11.* Dominic. Arum. *tractat. de mora. c. ult. n. 2.* Jac. de Nigris *in repetit. d. l. si insulam, n. 38.* Alexand. Trentacinq. *libr. 1. variar. resolut. tit. de legibus resolut. 1. n. 2. §. cum igitur.* Franc. Curtius Junior *in repetit. d. l. final. n. 4. & s. Cod. de edendo.*

107. Quod ad Judæorum matrimonia attinet, lege Imperiali
cautum

cautum est in copulatione illorum non morem judaicum, nec legē Mo-
saicam attendi observariq; oportere, sed secundum jura civilia eadem
iniri debere, *l. Nemo judæorum. C. de Iudæis.*

108. Et consequenter in gradu jure civili prohibito Judæos ma-
trimonium contrahere non posse, quamvis idem jure Mosaico permittitur:
adeoq; nec defunctorum fratrum viduas, nec defunctę uxoris sororem
uxores sibi conjungere licere. Eberhardus Speckhan *cent. 2. class. 1. quest. 18.*
num. 9. & 19. Rolandus à Valle *consil. 35. num. 30. volum. 2.*

109. Et quanquam in contrariam sententiam concedant plures
alii, statuētes in conjunctionibus Judæorum jus Mosaicum, utpote ipso-
rum proprium, in primis attendendum, & idcirco quid jus civile vel cano-
nicum in matrimoniis prohibeat, vel permittat planè spectandum non
esse. Julius Clarus *lib. 5. sentent. §. incestus, num. ultim.* Alexandr. Trentacinq.
lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. num. 20. & 22. Marquardus de Sufan.
tract. de Iudæis part. 2. cap. 4. num. 9. & cap. 8. numer. 3. Didac. Covarr. *in Epitom.*
lib. 4. decretal. cap. 16. §. 10. num. 7. in fin. Robert. Marant. *in specul. part. princip.*
3. de origin. judic. n. 58. & sequent. Felinus Sandeus *in capit. Iudæi. n. 5. extr. de Iu-*
dæis. Regnerus Sixtinus *consil. quod est inter Altorphin. 111.*

110. Non solum quia prohibitio matrimonii in gradibus tam affi-
nitatis, quam cognationis sit juris canonici: Hoc verò jus, utpote Ecclē-
siasticum, ad Judæos, qui extra Ecclesiam sunt, non extendatur: Tum quia
receptissima Judæorum consuetudine in contractu matrimonii jus ob-
servetur mosaicum: Tum quia d. l. Nemo Judæorum Cod. de Judæis per
non-usum, seu contrariam consuetudinem sublata sit & abolita, nec am-
plius observari inter Judæos soleat, Regnerus Sixtin. *d. consil. 111. §. Aber-*
das Segenheit ist dem Rechten gemess. Alexand. Trentacinq. *lib. 1. variar.*
resolut. tit. de leg. resolut. 3. num. 20. & 22.

111. His tamen, quantumvis speciosè deductis, calculum nostrum
addere non possumus, non solum quia, ut & supra ostendebatur, jus Mo-
saicum politicum quoad Judæos quoq; utpote politiã ipsorum penitus e-
versã, sublaturum sit, nec Christianum magistratum ad necessariam obser-
vantiam amplius obliget: Sed etiam quia Iudæis consuetudinem, sive sta-
tutum, legi superioris contrarium, quo illa cassetur & abrogetur, introdu-
cere non liceat, secus, atq; per absurdè & absq; solida juris ratione statuit,
Alexand. Trentacinq. *lib. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 19.*

112. Certi quippe & indubitari juris est statuta condere & con-
suetudi-

consuetudinem juri superioris contrariam atque correctoriam introducere neminem posse, nisi qui jurisdictionem habeat & Imperium. Ioachimus Mynsinger *respons.* 32. n. 2. *decad.* 4. Udalricus Zasius *ad l. de quibus n. 24. ff. de legib.* Dominic. Cardinal. Tuschus *conclus. practic.* 793. n. 8. tom. 2. Iohannes Sichard. *ad rubric. Co. d. que sit longa consuetudo.* Henning Gōden *consil.* 23. n. 11. vol. 1. Aymo Cravetta *consil.* 814. n. 1. vol. 5. Doctor Marta *tractat. de jurisdic.* part. 4. cent. 1. casu 63. n. 8. & casu 52. n. 9. Petr. Heigius *part. 1. quest. 23. num.* 32. Andr. Knichen *in Encyclopadia Brunovici Imperii c.* 16. n. 37. & sequent. Iohan. Sichard. *ad l. 7. n. 4. C. de jurisdic.* Baldus Perusinus *tractat. de statutis. §. condere n. 1. & §. jurisdic. n. 5.* Iohan. Corasius *in tractat. de jure civil. in art. redig. lib. 2. c. 15. & lib. 3. c. 12.* Ferdinand. Vasquius *illustr. quest. 34. n. 2.*

113. Quinetiam nec magistratum municipale, jurisdictionem & imperium in cives suos obtinentem, sine superioris autoritate quippiam legibus iuribusq; superioris contrarium statuere, vel consuetudine introducere posse, apud Iuris peritos dubitationem prorsus nullam recipit. Reiner. de Forlivio *in repetit. l. omnes n. 5. ff. de justic. & jure.* Ernest. Cothman *respons.* 47. n. 293. vol. 3. Petr. Heigius *part. 1. quest. jur. civil. & Saxonie.* 23. n. 28. Udalric. Zasius *ad l. omnes n. 5. ff. de justic. & jure.* Ioh. Vincent. Honded. *consil.* 4. n. 89. volum. 1. Albericus de Rosate *tractat. de statut. lib. 1. quest. 7. n. 5.*

114. Sed nec collegia opificum honesta & licita sine superioris autoritate, confirmatione, vel ratificatione, statuta condere posse, constans est omnium Dd. sententia Daniel Mollerus *lib. 2. semestr. c. 5.* Ferd. Vasquius *illustr. quest. 47.* Matth. Colerus *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 12. & sequent.* Udalricus Zasius *ad l. de quibus n. 12. ff. de legibus.*

115. Denique nec familiæ, quantumvis nobiles & illustres, consuetudinem introducere, vel statutum cōdere valent, nisi jurisdictionem & Imperium habuerint. Johan. Borch. *consil.* 13. §. *Es ist auch zuerinnern!* part. 1. Matth. Wesenbec. *consil.* 1. num. 66. part. 1. Carolus Ruinus *consil.* 108. num. 9. & num. 30. volum. 2. D. Marta *tractat. de Jurisdic. part. 4. cent. 1. casu 63. num. 9.* Antonius Gabriel Romanus *lib. 6. tit. de consuetudine conclus. 5. num. 3.* Ioach. Myns. *respons.* 10. numer. 40. & *respons.* 32. num. 22. Udalric. Zas. *consil.* 1. num. 51. vol. 2.

116. Tantum abest ut Iudæis, nulla jurisdictione nulloq; imperio instructis, sed Christiani magistratus jurisdictioni & imperio subjectis, facultas condendi statuta vel consuetudinem introducendi abrogandiq; leges Imperiales competere possit: proinde d. l. Nemo Judæorum, adhuc

D

in viridi

in viridi observantia esse & à Judæis observari omnino debere, firmiter & absq; hæsitacione ulla statuendum est.

117. Quod si tamen magistratus, ad quem ea res pertinet, Judæis permittit secundùm leges mosaicas atq; mores proprios judaicos matrimonia contrahere, dubitandum non est quin hoc casu matrimonia sic rectè contrahantur: Etsi enim magistratus Christianus sub Novo Testamento nulla necessitate teneatur legibus mosaicis uti, suosq; subditos juxta easdè regere & judicare: Quin tamen in usum eas revocare liberè possit, si hoc expedire putaverit, extra omnem controversiam positum arbitramur.

118. De bigamia & polygamia Judæorum sic statuendum: Eam, uti sub V. Testamento nec præcepta, nec permissa, nec approbata, nec in omnibus, sed in illis duntaxat, quibus per divinam revelationem & dispensationem permissa erat, tolerata fuerit, ita hodie sub N. Testamento quoad omnes, non solum Christianos, sed Judæos etiam, prohibitam, illicitam, & reprobam esse, revocatâ videlicet in usum à Christo, Salvatore nostro primævâ conjugii lege & institutione, *Matth. c. 19. versic. 6. 6. gaudemus, extr. de divort. l. Nemo Iudeorum. 7. C. de Iudæis. Eherhard. Speckhan. sent. 2. class. 1. quest. 16. n. 19.*

119. Quapropter cum hodie Polygamia pœna adulterii, adeoq; ultimo supplicio vindicanda veniat: non ambigimus quin & Judæi polygami eidem pœnæ subjici debeant. *constit. Carolin. criminalis artic. 121. Joach. à Beust tractat. de matrimonio c. 5. per tot. Daniel Mollerus in comm. ad constitut. Electoral. Saxonie. 20. num. 1. & 2. part. 4. Matth. Colerus decis. Germanica. 176. n. 77. & 78. part. 1. Matth. Berlichius conclus. practic. conclus. 28. n. 10. & seqq. part. 4. Virgil. Pinziger. quest. illustr. 8. n. 8. & 9.*

120. Et hæc quidem vix aliquam dubitationem habent: de Libello verò repudii, olim inter Judæos V. Testamenti usitato, major est dubitatio, nū videlicet adhuc hodie tolerari & Judæis permitti debeat, Affirmativa placet Marquard. de Susan. part. 2. c. 4. n. 10. & c. 8. n. 4.

121. Sed cum & hic, ab initio quidem ob duritiem cordis Judæorum toleratus, à Christo verò aperte sit sublatus, prohibitus & improbat, ita ut nemini uxorem suam extra casum fornicationis dimittere, eaq; dimissâ, aliam ducere liceat: Non putamus à pio & Christiano magistratu ferendum, ut Judæi, sua in ditione habitantes, conjugēs suas ex alia causa, quàm adulterii dimittant, multò verò minus ut; illis dimissis, alias superin-

perinducant, sed rem hanc acriter pœnâq; adulterii capitali in ipsis vindicandam censemus.

122. De Juramentis Judæorum duo potissimum in controversiam & dubitationem veniunt: Ad quænam scilicet juramenta admittantur Judæi? Deinde si ab illis præstita fuerint, quidnam roboris habeant respectu ipsorum Judæorum & utrumne ipsos ad observationem obligent & quatenus?

CAP. VII.

De Juramentis Iudæorum.

123. Quod ad primam quæstionem attinet, cum juramentorum plura sint atq; diversa genera, quorum omnium non eadem est ratio, idcirco de singulis ordine & distinctè differemus. Et quidem Juramentum suppletivum, quod in supplementum, semiplenæ atq; imperfectæ probationis deferri in iudicio solet, communis est Dd. opinio; Iudæum ad illud admittendum non esse, Iohan. Baptista Caccialupus *in repetit. l. admonendi. n. 156. & ibid.* Francisc. Curtius *n. 202. ff. de iurejurand.* Marcus Anton. Natta *consil. 394. n. 12. tom. 2.* Roland. à Valle *consil. 35. n. 20. vol. 2.* Hartmann. Hartmanni *practic. observat. tit. 25. observat. 6. num. 12.* Stephanus Gratianus *discep. forens. tom. 5. c. 842. n. 5.* Iac. Menochius *lib. 2. arbitrar. judic. quest. casu 190. n. 15. & casu 464. n. 15.* Hippolyt. *de Marsil. singular. 41. n. 1.* Marquard de Susan. *tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 5.* Matth. Berlichius *conclus. practicar. 39. n. 67. part. 1.* Bernhardus Grævæus *lib. 1. practic. conclus. 108. confid. 1. n. 4.* Ludovicus Romanus *in repetit. d. l. admonendi. n. 63. ff. de iurejur.*

124. Hoc quippe juramenti genus, ob periculum perjurii, deferretur honestis duntaxat & integræ opinionis hominibus, non verò personis levibus, infamibus, de perjurio suspectis & ad jurandum facilibus. Fride-ricus Pruchman *consil. 10. n. 86. lib. 1.* Petrus de Benintend. *decis. Bononien. 67. n. 5.* Hermannus Vultejus *Consil. Marpurg. 15. num. 346. vol. 1.* Camillus Borrellus *in summa decis. tot. orb. tit. 54. n. 11. tom. 1.* Arifminus Tepatus *in epitom. decis. tit. 235. cap. 2.* Francisc. Vivius *decis. Neapolitan. 381. num. 9. libr. 3.* Hieron. Schürff. *consil. 47. n. 2. 4. & 5. cent. 2.* Robert. Marant. *in specul. part. princ. 6. part. 2. act. 9. n. 6.* Ioh. Petr. Surdus *decis. Mantuan. 17. n. 5. & 6.* Matthias de Afflict. *decis. Neapolit. 33. n. 12.* Franc. Marc. *decis. Delphinat. 753. n. 10. part. 2.* Hippolyt. *de Marsil. singular. 74. & Octavian. Cacheran. decis. pedemont. 66. n. 5.*

125. Aded ut nec spurio ob vilitatem atq; infamiam, qua laborare vulgo existimatur, juramentum hoc deferendum, non pauci magni nominis Jcti censeant. Hippolytus de Marsil. *singular. 273. n. 2. & sequent.* Ioh. Baptista Caccialupus *in repetit. l. admonendi. n. 156. & ibid.* Ludovic. Roman.

n. 62. ff. de iurejurand. Camillus Borrellus in *summa decis. tot. orb. tit. 54. de iuramento suppletor. n. 16. r. 1.*

126. Iudæo tamen contra Iudæum sui similem, ut & tunc, quando à Iudæo contra Christianum plus quam semiplenè probatum est, hoc iuramentum deferri posse, asserunt, Stephan. Gratianus *discep. forens. tom. 5. c. 842. n. 6.* Iacob. Menochius *lib. 2. arbitrar. iud. quest. casu 190. num. 15. & 16.* Aymo Cravetta *consil. 73. n. 26. part. 1.*

127. Quin etiam de stylo & observantia Camera Imperialis Iudæo quoque hoc iuramentum deferri testantur, Hartmann. Hartmanni. *practic. observat. tit. 25. observat. 6.* Ioach. Mynsing. *cent. 5. observat. 6.* Ieremias Setzerus *tractat. de iuram. lib. 4. c. 12. n. 34.* Arilminus Tepatus in *epitom. decis. tit. 234. de iuramento suppletivo. c. 2.* Bartholom. Cellenbertz. *tractat. de renunciat. success. c. 12. n. 8.*

128. Eadem ratione cum iuramentum, quod purgationis vulgò appellant & reo delicti, alicujus suspitione gravato, tam in civilibus, quàm criminalibus & tam ad purgandum se à delicti objecti suspitione, quam ad suam docendam innocentiam, deferri solet, non nisi personis honestis deq; perjurio committendo minimè suspectis deferri possit, idcirco nec Iudæos ad hoc admittendum esse iuramentum, nostro iudicio, rectè statuitur: Quanta enim sit ut plurimum ipsorum levitas, quanta in jurando & pejerando facilitas, maximè cum de lucro vel faciendo, vel de damno vitando, aut etiam de vita redimenda, vel pœna declinanda agitur, omnibus est notissimum, nec ulteriori indiget demonstratione Ierem. Setzer. *tractat. de iurament. lib. 3. c. 11. n. 23.*

129. Idemq; statuendum de cautione juratoria, quæ in defectum satisfationis iudicio fisti à reo vel actore in iudicio exigi & recipi solet. Cum enim ad hanc nemo admittatur, qui non sit persona honesta, vite integræ & probatæ existimationis, meritò ab eo Iudæus, ut in quo hujusmodi qualitates notoriè deficiant, excluditur. Antonius Hering. *tractat. de fidejussor. c. 18. n. 110.* Joh. Ludovicus Bender *tract. de Revision. concl. 7. num. 36.* Andr. Gail *lib. 1. pract. observat. 148. num. 6.* Joach. Mynf. *cent. 2. obs. singular. 11.* Joh. Kop. *decis. German. 33. num. 20. part. 1.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 11. n. 102.* Matth. Berlich. *concl. pract. 13. n. 53. part. 1.*

130. De iuramentis præsertim verò promissoriis itemque confirmatoriis, quæ quandoque Iudæis deferri, ab iisdemq; præstare solent, maxima est dubitatio, utrumne alicujus sint efficacitæ & jurantes ad observantiam ob-

tiam obligent? Sunt enim qui id præcisè negent, propterea quod juramentum sit aliquid spirituale, spiritualium verò Judæi prorsus sint incapaces: Deinde juramenta propterea tam jus civile quàm canonicum observari & custodiri jubent, ne pejerantes salutis æternæ animarumq; suarum dispendium faciant patianturq;: Anima verò Judæorum sit jam tum deperdita, damnata & diabolo atque æternis cruciatibus destinata. Denique quia ad Ecclesiæ curam spectet observatio juramentorum: Hæc verò animarum Iudæorum, ut qui sint extra gremium Ecclesiæ, curam nullam prorsus gerat. Marquard. de Sufan. *tract. de Iudæis part. 2. cap. 8. num. 6. & seqq. arg. cap. quamvis. de pact. in sext. cap. cum contingat. extr. de jurejurand. cap. licet mulieres, eod. in sext. junct. cap. ita quorundam, extr. de Iudæis.* Anton. Gabriel. Romanus *commun. concl. tit. de minor. concl. 5. num. 48. Lud. Roman. consil. 155. n. 8. vol. 1. Carol. Ruin. consil. 159. vol. 5.*

131. Ac proinde per juramentum contractus Iudæorum invalidos non confirmari, nec in iisdem dispositiones capit. *quamvis de pact. in sext. cap. cum contingat. extr. de jurejurand. vel constitutionem Authent. Sacrament. puberum, Cod. si adversus vendit. locum ullum sibi vindicare posse concludunt.* Marquard. *d. part. 2. cap. 8. num. 6. 7. & 8.*

132. Alii circa quæstionem hanc distinguunt inter Iudæos & Christianos, ita ut si Iudæus alii Iudæo juramentum promissorium vel confirmatorium præstiterit; non sit obligatorium, secus verò si Christiano illud à Iudæo fuerit præstitum, quos sequitur Robert. Marant. *in Specul. part. princ. 3. num. 55. & seq.*

133. Verum sanior & verior est sententia, Iudæum ex juramento suo, sive confirmatorium, sive promissorium illud fuerit, firmiter obligari. Tum quia per Deum jurans invocat ipsum testem perjuriiq; vindicem. Tum quia pejerando ad temporales sese obligat pœnas, quas etiam magistratus ipsi incumbenter irrogabit: cogitur proinde juramentum servare, Iudæus Divini Numinis, reverentia, pœnarumq; temporalium metu. Seraphin. *de Seraphinis tractat. de privileg. jurament. privil. 83. n. 73.* Petr. Philippus Corneus *consil. 45. vol. 2. Iason in Authent. sacram. puber. n. 65. Cod. si adversus vendit.* Andr. Tiraquell. *de jure primogenitur. quest. 66. n. 38.* Jerem. Sertzerus *tractat. de juram. part. 2. c. 18. n. 1.*

134. Atq; hæc sententia conveniens quoque est ordinationi Cæmæ Imperialis in qua certa atq; solennis formula jurisjurandi præscripta est Iudæis; quod sanè frustra fieret, atq; ineptè si Iudæi nullo juramen-

ti vinculo teneretur, *ordinat. cameral. part. 1. tit. 86. Ordnung vnd Form des Jüden Eyds.*

135. Nec superiorem Marantæ distinctionem admittendam existimo, quandoquidem nullo valido nititur fundamento & per rationes, à nobis supra adductas, satis superq; refellitur.

CAP. IIX.

De testificatione Iudaorū contra Christianos.

136. Iudæi porrò in iudicio contra Christianos testes produci atque testimonium deponere nequeunt, *cap. Non potest. cap. Pagani. caus. 2. quest. 7. cap. ipsa pietas. caus. 23. quest. 4. l. quoniam. C. de hereticis. Camillus Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. 15. de testium reprob. n. 93. Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 214. n. 1. per tot. Matth. Colerus decis. German. part. 1. decis. 127. n. 1. Hippolyt. de Marfil. singular. 179. & singular. 273. Marc. Antonius Natta consil. 394. n. 10. vol. 2. Stephan. Gratianus discept. forens. tom. 5. c. 842. n. 8. & sequent. Octavian. Cacheran. decis. pedemont. 82. n. 5. Ludovicus Gilhaus in arbore judic. civil. c. 6. part. 2. artic. 1. de testib. n. 37. Jacob. Menochius lib. 2. arbit. jud. quest. casu 239. n. 5. Iustus Reiber. in methodic. tradit. de testibus part. 2. n. 94. Stephan. Aufrer. tractat. de testibus n. 58. Eberhard. Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 20. Marquardus de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 9.*

137. Præterquam si veritas aliter haberi non possit, omnesque aliæ probationes deficient. II. Vel Judæus pro Christiano contra Judæum producat. III. Vel in productionem Judæi Christianus, contra quem producit, consentiat. *Rutger Ruland. tract. de commissar. part. 2. libr. 2. c. 4. num. 9. & 10. Prosper Farinac. tractat. de opposit. contra testes quest. 56. artic. 7. n. 218. 225. & 231. Nellus à Sancto Geminian. tractat. de testib. n. 20. Camillus Borellus in summa decis. tot. orb. tit. de reprob. testium. n. 104. & 105. tom. 2. Nepos de Monte Albano tractat. de testibus n. 102. & 103. Joh. Camporius tractat. de testibus regul. 46. fallent. 2. & 3. Johan. Crotus tractat. de testib. part. 4. n. 39. & n. 41. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 15.*

138. Planè inter ipsos Judæos, cum lis agitur, non prohibetur Judæus pro Judæo contra Judæum esse testis. *Stephan. Gratianus disceptat. forens. tom. 5. c. 842. n. 8. & 9. Petr. Augustin. Morla in empor. jur. quest. 13. n. 16. part. 1. de fide instrument. Camillus Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. 15. de testium reprob. n. 107. Iustus Reuberus tractat. de testibus part. 2. n. 95. Prosper Farinac. tractat. de opposit. testium. quest. 56. artic. 7. n. 216. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 14. Joh. Sichard. ad rubric. C. de testib. n. 14. Stephanus Aufrer. tractat. de testib. n. 58.*

139. Quemadmodum & in contractibus atq; ultimis voluntatibus nec non

nec non instrumentis Christianorum pro testibus bene adhiberi possunt. Franc. Vivius tractat. de commun. opin. libr. 1. opin. 385. Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 214. Lud. Gilhaus. in arbore iudic. civil. c. 6. part. 2. artic. 1. de testib. n. 37. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 5. num. 16. Camillus Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. 15. de testium reprob. n. 108. Prosper Farinac. de opposit. contra testes quest. 56. artic. 7. n. 221.

140. Quænam autem sit ratio ob quam Judæorum testimoniū contra Christianos reprobetur, nō convenit inter Jurisperitos: quidam enim idcirco hoc fieri putant, quia Judæi sunt usurarii: Quidam verò quod infamiae notā laborent: Alii quod blasphematores sint sanctissimi dulcissimiq; nominis Jesu, tales autē à testimonio judiciali arceantur, nec ipsorum testimonium ullam fidem mereatur per tradita, l. improbum C. ex quibus causis infam. cap. Nulli. caus. 3. quest. 4. can. constituimus caus. 3. quest. 5. Johan. Campegus tractat. de testib. regul. 29. & 33. Joh. Crotus tract. de testib. part. 1. n. 1. & n. 8. part. 3. n. 14. & n. 20. part. 4. n. 87. & sequent. Camill. Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. 15. de testium reprob. n. 208. tom. 2. Petr. Augustinus Morla in empir. jur. part. 1. quest. 13. n. 5. tit. de fide instrument. Virgil. Pingizer decis. Saxonica 56. n. 15.

141. Sed nulla ex hisce rationibus vera est probarique potest: eò quod Judæi, quandiu intra terminos, jure præscriptos, usuras exercendo, sese continent, pro usurariis non sint habendi: Nec etiam blasphemiae in ipsis præsumantur, sed probari & si probatae fuerint, acerrimis supplicis vindicari debeant. Nec deniq; infamia juris laborent, sed facti duntaxat, tales vero à testimonio in causis civilibus non arceantur, quamvis illis minus fidei tribuatur ^{quam} integræ opinionis viris, Jac. Menochius de arbitrar. iud. quest. lib. 1. quest. 27. n. 4. Didac. Covarruv. pract. quest. 18. n. 1. Alberic. de Maleris tractat. de testibus part. 3. n. 15. Stephan. Aufser. tractat. de testibus. n. 54. S. infamis infamia facti. Joh. Crotus tractat. de testibus part. 4. n. 63. Nepos de Monte Albano tract. de testib. n. 30. Signorol. de Homodæis in repetit. l. Cunctos. n. 10. C. de summa Trinitat. Franc. Marc. decis. Delphin. 487. n. 22. & sequent. vol. 1. Dominic. Card. Tuschus conclus. pract. concl. 209. n. 4. tom. 8. lit. T.

142. Quocirca veram & genuinam rationem in hoc consistere putamus quod, ut & supra dicebatur, Judæi inimici Christianorum reputentur capitales & infensissimi: tales verò in testes produci nequeant. Octavianus Cacheranus decis. pedemontan. 88. n. 20. Joach. Mynsinger cent. 3. observ. 27. Arifmin. Tepatus in epitom. decis. tit. de testib. c. 11. Dominic. Card. Tuschus

Tuschi conclus. pract. 149. n. 6. lit. I. tom. 4. Franc. Marc. decis. Delphinat. 894. n. 13. tom. 1. Thomas Grammatic. decis. Neapolitan. 28. n. 5. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 12. n. 14. Jac. Menochius lib. 2. arbitrar. jud. quest. casu 110. n. 3. & sequent. Joh. Sichardus ad authentic. si testis productus. num. 4. & sequent. Cod. de testibus.

143. Hinc igitur sicut inimicus, brevi tempore ante productionem reconciliatus, non potest produci testis. Joh. Campegius tract. de testib. regul. 25. fallent. 5. & regul. 26. fall. 1. Iacob. Menochius de arbitrar. judic. quest. lib. 1. quest. 28. n. 6. Alberic. de Maletis in tract. de testib. c. 2. n. 9. Steph. Aufter. tract. de testibus n. 36. §. Item si sit levis. Iul. Clarus lib. 5. receptar. sentent. quest. 24. n. 6. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 12. n. 14. Camillus Borrellus in summa decis. tot. orb. tit. de testium reprob. n. 305. tom. 2. Roland à Valle cons. 63. n. 33. vol. 1. Dominic. Cardinal. Tuschi. conclus. pract. 149. n. 20. tom. 4. lit. I.

144. Ita quoq; nec Iudæus ad fidem nuper conversus contra Christianum testis esse poterit. Hippolyt. de Marsil singular. 179. n. ult. & singular. 273. n. 7. Prosper Farinac. in tract. de opposit. contr. testes quest. 56. artic. 7. n. 208. & seq. Joh. Crotus tractat. de testib. part. 4. n. 38. Franc. Vivius tract. de commun. opin. lib. 1. opin. 385. Ludovic. Gilhaus. in arbore judic. civil. c. 6. artic. 1. de testibus. Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 2. cap. 5. n. 12.

CAP. IX.
De Testamentis & successione Iudæorum.

145. Iudæos testamenta condere non posse primam fronte dicendum videtur: eo quod usurarii sint: Usurariis vero manifestis testamenti factione, quandiu usuras illicitè exactas nec restituerint, nec de restituendis illis cautionem præstiterint, interdictum sit, ita ut testamentum ab ipsis factum, ipso jure sit, nullum, cap. quoniam. de usur. in sext. Julius Clarus lib. 5. recept. sentent. §. testamentum, quest. 26. num. 1. Didac. Covarruv. ad rubric. de testam. part. 3. num. 11. & lib. 3. variar. resol. cap. 13. n. 9. Johan. Sichard. ad rubric. C. qui testam. fac. poss. n. 20. Ferd. Vasq. de success. progress. §. 1. n. 178. Joh. Dauth. tract. de testament. rubric. qui testam. fac. poss. n. 249. Gerhard. Muliert. in addit. ad Rolandin. tractat. de testam. rubric. 2. n. 37. Rutger Ruland. tract. de commissar. part. 4. libr. 5. c. 1. num. 18. Michael Grass. tractat. de success. §. testam. quest. 33. n. 1. Nicol. Reufner. tract. de jur. testam. part. 2. cap. 47. per tot.

146. Hoc tamen non obstante, omnium Dd. calculo contraria probata est sententia, & placuit Iudæos, quamvis fortassis usurarii sint manifesti, testamenta tamen condendi facultatem habere. Marcus Anton. Natta consil. 621. n. 1. & per tot. tom. 3. Joh. Dilect. Durans tractat. de arte testam. tit. 1. cautel. 7. num. 2. Iulius Clarus lib. 3. recept. sentent. §. testamentum, quest. 26. num. 5.

num. 5. Anton. Gabriel. Roman. lib. 4. commun. concl. tit. de testam. conclus. 3. n. 8.
Nicolaus Reufner. tract. de testam. part. 2. cap. 47. n. 15. Mich. Grass. tract. de suc-
cess. §. testamentum, quest. 33. num. 6. Dominic. Cardinal. Tuschus conclus. pract.
105. num. 11. tom. 8. lit. T. Alexand. Trentacinq. libr. 1. var. resol. tit. de legib. resolut.
3. n. 14. Marquard. de Susan. tract. de Iudæis, part. 2. cap. 1. n. 2.

147. Quod ipsum nonnulli eousq; etiam extendunt, ut Iudæi ad
leges & solennitates testamentarias juris Romani adstricti esse non de-
beant, sed secundum Ius gentium testamenta sua, in præsentia duorum
aut trium testium, absque solennitate condere valeant: Sed & liberis suis
legata sine titulo institutionis relinquere queant. Alexand. Trentacinq.
libr. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. num. 12. Marc. Anton. Natta consil. 621.
n. 2. & seq. tom. 3.

148. Quod tamen nec verum esse, nec usu forensi observari pu-
tamus: Cum enim cives sint Romani & Iure Romano subjecti, quem-
admodum in præcedentibus ostensum est, consequens omninò videtur,
ipso jure moreq; Romano testamenta sua condere oportere: Nisi à ma-
gistratu remissionem solennitatum testamentariarum specialiter obtinue-
rint. l. Iudæis 8. C. de Iudæis, Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis, part. 2. c. 1. n. 2.
& sequent.

149. Pari ratione, cum donatio 500. solidos excedens, absq; in-
sinuatione jure Romano civili non valeat, sed ipso jure nulla sit, quoad
excessum videlicet, l. sancimus. 34. in princ. & l. seq. §. sin autem. Cod. de donat.
Novell. 162. §. & illud etiam. §. Alia autem. Instit. de donat. Guido Papæ decis. Gra-
tionopol. 350. n. 5. Hieron. Schurpfius consil. 6. n. 15. cent. 1. Henricus Bocerus
tract. de donat. c. 3. n. 80. Bernhard. Wurmbser practio. observat. tit. 43. observ. 2.
n. 2. Jul. Clarus lib. 4. receptar. sentent. §. donatio, quest. 17. n. 2. Johan. Schneid.
ad tit. instit. de donation. rubric. que requiruntur. num. 39. Nicolaus Boerius decis.
Burdegalsis. 353. num. 14. Johannes Sichardus ad l. sancimus 34. n. 6. & n. 12. Cod.
de donat.

150. Idcirco nec Judæorum donationes ultra 500. solidos valere
rectè infert ac concludit, Marquardus de Susan. tractat. de Iudæis part. 2.
cap. 1. num. 5.

151. Sed numquid Judæus è testamento Christiani hereditatem,
legatum aut fidei commissum capere possit? non est perinde expeditum:
pro negativa quippe militat responsum Imperatoris Antonini, Tripho-
nino in hæc verba rescribentis: quod Cornelia Salvia universitati Judæo-
rum, qui

E

rum, qui

rum, qui in Antiochenſium civitate conſtituti ſunt, legavit, peti non po-
teſt. l. i. C. de Iudæis.

152. Accedit quod nec hæretici, nec Apoſtatae capaces ſint here-
ditatum, vel legatorum, in Orthodoxorum teſtamenti ipſis relictorum:
Judæi verò meritò longe deterioris debeant eſſe conditionis, quàm hæ-
retici, l. Arriani. §. C. de hæreticis. l. hi qui ſanctum. C. de Apoſtatis. l. ſinal. C. ne ſancti
baptiſm. reiteret. Joh. Dauth. tract. de teſtament. rubric. de hered. inſtitut. num. 299.
Joh. Sichrad. ad rubric. C. de inſtitut. hered. n. 5. Hugo Donellus libr. 6. comment.
c. 17. §. alterum genus & ad l. i. n. 12. Cod. de hered. inſtit. Joh. Schneid. ad §. ſervus
autem. num. 9. Inſtitut. de hered. inſtit. Rolandinus in tract. de teſtament. rubric. 21
num. 7.

153. Sed quicquid dicatur, veriſſimum nobis videtur Judæis ſin-
gulis in Chriſtianorum teſtamenti hereditates, legata & fideicommiſſa
rectè liciteq; relinqui poſſe, eò quod id nullibi ſit in jure prohibitu: quod
enim in d. l. i. C. de Iudæis. Imperator Antoninus reſpondit, id non ad ſingu-
los Judæos, ſed ad univerſitatem, ſive collegium Judæorum pertinet: Nec
comparatio Judæorum & hæreticorum bene hîc inſtituitur, quandoqui-
dem horum multo deterior conditio, quam illorum paſſim in jure depre-
hendatur, Marquard. de Suſanis tract. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 24.

154. Quod ad ſucceſſionem Judæorum ab inſtato attinet; cõ-
munis eſt Dd. ſententia, eam ſecundum jus Moſaicum inter ipſos Judæos
deferri, non verò ſecundum diſpoſitionem juris civilis Romani. Johan.
Schneid. ad princ. 1 de ſucceſſ. ab inſtato. num. 9. Albert. Brunus tract. de ſtatut.
exclud. foem. artic. 2. n. 2. & 3. & artic. 6. num. 55. & ſequent. Eberhard. Speckhan
cent. 2. claſſ. 1. queſt. 16. Marquard. de Suſan. tractat. de Iudæis. part. 2. c. 4. n. 5.

155. A qua tamen recedere non dubitamus: Ut enim in alijs Ju-
dæos, utpote cives Romanos, jure Romano uti debere diſertè eſt cautum
& ſuprà prolixè expoſitum; ita quoque cum de capiendis hereditatibus &
ſucceſſionibus deq; earundem diſtributione eſt quæſtio, non alio, quàm
Romano jure uti debent. Jacob. Philippus Portius conſil. 4. n. 38. vol. 1.

156. Quin etiam ſtatuta cujuſq; loci, circa ſucceſſiones ultimasq;
voluntates ſingulare, quid diſponentia in Judæis locum obtinent, & pro-
pterea ſtatuto, foeminas propter maſculos excludente & Judæas foeminas
comprehendi, receptum & communi Dd. calculo approbatum eſt. Steph.
Gratianus Diſceptat. forenſ. tom. 5. c. 842. n. 32. Rolandus à Valle conſil. 35. n. 35.
vol. 1. Alexand. Trentacinq. libr. 1. variar. reſolut. tit. de legib. reſolut. 3. n. 4. & 18.
Albert.

Albert. Brunus tract. de statuto fœm. exclud. artic. 2. in pr. & artic. 6. num. 55. & seq.
Johan. Baptista Asinius in praxi judicior. part. 1. §. 4. cap. 7. num. 2. Marquard.
de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. c. 2. n. 4. & seq.

157. Sed & jus primogenituræ inter ipsos, si statutò ejus loci, ubi
degūt, introductum est, vigere eò minùs dubitare licet, quod id ipsum ju-
re quoque Mosaico fuerit stabilitum. Andreas Tiraquel. tract. de Iure primo-
genit. quest. 66. Marquard. de Sufan. tract. de Iudæis part. 2. cap. 4. n. 3. & 4.

158. Privilegiis porrò & immunitatibus iisdem gaudent Judæi,
quibus & Christiani modò talia sint, ut conditio Judæorum eadem non
respuat: Atq; ideò pro regula traditur: Quæ immunitates civibus conce-
sæ sunt atq; tributæ, easdem quoque Judæis ejusdem loci incolis indultas
censeri. Marc. Anton. Natta consil. 620. n. 8. tom. 3. Roland. à Valle consil. 35.
n. 31. vol. 2. Alexand. Trentacinq. libr. 1. variar. resolut. tit. de legib. resolut. 3. n. 6.
Hippolyt. de Marfil singular. 540. n. 1. & per tot. Joh. Baptista Asinius in praxi
judic. part. 1. §. 4. c. 7. n. 3. Aymo Cravetta consil. 75. n. 15. volum. 1.

159. Equidem beneficiis juris canonici & Christianis, quatenus
Christianis, competentibus non frui Iudæos, indubitatum est Martinus
Benckendorff. in annotat. ad Seraphin. de Seraphin. tractat. de juram. privileg.
48. num. 24.

160. Et ideò cum Christianis immunitas hæc specialiter sit tribu-
ta, ut patrato aliquo facinore, ad Ecclesiam confugientes, exinde per vim
extrahi non possint, canon. definivit. can. eniror. can. Nullus. can. id constituimus.
caus. 17. quest. 4. cap. inter alia. extr. de immunitat. eccles. Novel. 17. c. 7. Franciscus
Suarez tract. de virtute & statu religion. lib. 3. c. 8. num. 9. Capella Thelozan. de-
cis. 423. & ibid. Stephanus Aufrer. in addit. n. 1. & seq. Andr. Alciatus tractat. de
presumpt. reg. 3. presumpt. 33. & lib. 7. parerg. c. 6.

161. Hanc eandem immunitatem Iudæi sibi arrogare nequeunt,
siquidem æquum non est, ut qui inimici sunt Christianarum ecclesiarum,
quiq; legi illarum non subsunt immunitate earundem fruantur. Doctor
Marta tract. de jurisdic. part. 2. variar. resolut. c. 51. n. 32. Nicol. Boerius decis. Bur-
degal. 110. n. 4. & seq. Didac. Covarruv. lib. 2. variar. resolut. c. 20. n. 11. Dominic.
Card. Tuschus conclus. practic. 10. n. 27. & seq. tom. 3. lit. E. Jul. Clarus lib. 5. re-
ceptar. sentent. §. final. quest. 30. n. 17. Abbas Panormitan. in capit. inter alia. n. 64.
extr. de immunitat. Eccles. Franc. Marcus. decis. Delphinat. 763 n. 8. part. 2. Marq.
de Sufan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 8. per tot.

162. Hinc etiam Iudæi construendo, fundando, dotando vel di-
tando

C A P. X.
De Immuni-
tatibus &
privilegiis Iu-
dæorum.

tando Ecclesiam, jus patronatus, cum spirituale sit, non acquirunt: quem-
admodum nec per præscriptionem vel successionem emptionemve illud
sibi comparare possunt, ut qui ejus juris prorsus sint incapaces. Paulus de
Citadinis tractat. de jure patronat. part. 3. caus. 1. n. 16. & seq. & part. 7. n. 7. & seq.
Rochus de Curte tract. de jure patronat. rubric. jus patronat. quib. competat. n. 26.
Nicolaus Delphin. de jure patronat. n. 101. Anton. de Butrio tractat. de jure pa-
tronat. c. 25. n. 11. Ioh. de Anania tract. de jure patronat. c. 25. n. 4.

163. Exceptis verò his, Judæi universis juris communis privilegiis
& beneficiis gaudent, quæ Christianis tributa reperiuntur: Et ideo mulier
etiam Judæa beneficio tacitæ hypothecæ privilegioq; prælationis in bo-
nis mariti munita est, ita ut cæteris ejusdem creditoribus, quâcumvis an-
tiquiorem hypothecam habentibus, præferatur, juxta dispositionem, l. Af-
fiduis, Cod. qui pot. in pignore. Stephanus Gratianus disceptat. forens. tom. 4. c. 658.
num. 27. Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis part. 1. cap. 3. numer. 3. & part. 2.
cap. 1. num. 9.

164. Et quidem indifferenter, sive posteriores isti creditores ha-
beant expressam, sive tacitam hypothecam. Joh. Corasius ad l. qui liberos, n.
119. ff. de ritu nupt. Petrus Vanderanus tract. de privil. credit. c. 4. num. 11. Joach.
Myns. cent. 4. observat. 13. num. 4. & seq. Andr. Fachin. lib. 3. controvers. cap. 99. &
libr. 10. cap. 33. Matth. Berlich. concl. præct. 45. num. 10. part. 1. Dissent. Alexand.
Trentacinq. lib. 3. variar. resol. tit. de pignorib. resolut. 9. num. 7. Andr. Gail. libr. 2.
præct. observ. 25. num. 10. Hartman. Hartman. præct. observ. tit. 27. observ. 17. Joh.
Köppe decis. 28. num. 30. part. 1. Matth. Colerus decis. 57. num. 6. part. 1. & decis.
270. num. 1. & sequent. part. 2. Andr. Rauchbar. quest. 4. num. 14. part. 1.

165. Sic etiam cum creditoribus obærat. Iure ita prospectum sit,
ut si bonis suis cesserint, nō possint in carcerem ob debitum civile detru-
di, l. 1. Cod. qui bonis cedere possint, Anton. Gomezins tom. 2. variar. resolut. cap. 11.
num. 51. Bernhard. Wurmbser. præct. observ. libr. 1. tit. 28. observ. 8. num. 4. Da-
niel Moller. ad constit. Electoral. Saxonie. 22. num. 2. part. 2. Martin. Colerus de-
cis. German. 135. num. 3. & num. 10. part. 1. Andr. Gail. libr. 2. observat. præct. 65. n. 6.
Matth. Brunus tract. de cession. bonor. quest. prin. 3. n. 1. Ernest. Cothman. respons.
19. n. 1. & 2. volum. 1. Anton. Faber in Cod. Fabriano lib. 7. tit. 31. definit. 2. num. 6.
Nicolaus Boerius decis. Burdegal. 349. numer. 8. Stephanus Aufreer. in addit. ad
Capellam Tholozan. decis. 134. n. 2.

166. Ideò & Judæo hoc idem beneficium competere dubitan-
dum non est, prout in terminis statuunt Alexand. Trentacinq. libr. 3. variar.
resolut.

resolut. tit. de solut. resolut. 27. nu. 37. Arifminus Tepatus in epitom. decis. tit. 281. de cession. bonor. cap. 1. Marcus Antonius Natta consil. 620. num. 1. numer. 12. & per rot. tom. 3.

167. Dummodo culpa sua vel dolo non desierit esse solvendo, ut quia luxuriosè vivēdo bona sua consumpserit, aut de industria se inopem fecerit, aut in fraudem creditorum bona sua dilapidarit. Benvenut. Stracha tract. de decoctoribus part. 3. nu. 9. Carolus de Grassis tract. de except. ad form. statut. except. 17. num. 25. & num. 36. Rutger Ruland. tract. de Commissar. part. 4. libr. 9. cap. ult. num. 11. Alexand. Trentacinq. libr. 3. variar. resolut. tit. de solut. resolut. 27. num. 27. Udalricus Zasius ad l. qui cedit. numer. 7. ff. qui bonis cedere poss. Anton. Hering tract. de fidejussor. cap. 5. num. 107. & seq. Nicolaus Boerius decis. Burdegal. 349. n. 8.

168. Cærerum cum Iudæi eodem jure, quo Christiani, utantur iisdemq; privilegiis atque immunitatibus fruuntur, videtur huic omninò consequens ut eadem quoque onera, cum Christianis subeant, nec hi melioris sint conditionis ac sortis, quam Christiani, *l. secundum naturam. de Regul. Iur.*

CAP. XI.
De oneribus
Iudæorum.

169. Veruntamen quod tributum à Iudæis exigere collectasque ipsis imponere non possit Christianus magistratus, nisi ad effectum hunc ut oneribus istis ad rectitudinem fidei eos compellat seriò statuit Marq. de Susan. tractat. de Iudæis part. 1. c. 7.

170. Ad hanc opinionem motus in primis capit. sicut, 9. extr. hoc tit. ubi pontifex disertè prohibet à Iudæis coacta exigere servitia, nisi quæ ipsi præterito tempore facere consueverint.

171. Quod nos salvo aliorum iudicio, perquam absurdum esse judicamus: Ut enim silentio prætereamus quod Iudæi sint de corpore populi ejus loci, ubi commorantur, & dicantur cives subditiq; magistratus sui, ac proinde meritò civilia onera sustineant: quid quæso absurdius dici vel excogitari posset, quam & clericos & Ecclesiam à solutione extraordinariorum contributionum & collectarum immunes non esse: Iudæos vero immunitate tantâ gaudere? *l. jubemus nullam Cod. de SS. Eccles. l. final. Cod. de quibus muneribus se nemo excus. Ioh. Koppe decis. 60. n. 4. part. 9. Petr. Anton. de Petra tract. de potest. princ. c. 5. n. 13. Adnr. Gailius lib. 2. practicar. observat. 32. n. 7. 8. & 9. Petr. Gilcken. ad l. jubemus. n. 2. C. de SS. Eccles. Hieron. Schurpfius consil. 44. n. 14. & sequent. cent. 1. Rütger Ruland. tractat. de commissar. part. 4. libr. 2. c. 6. n. 40.*

172. Quocirca contra Marquardum concludere non dubitamus: Iudæos ad omnia ista onera teneri, quæ Christianis vel ordinariè vel extraordinariè imponuntur, nec ulla in parte melioris cõditionis ipsis Christianis esse oportere, Eberhard. Speckhan *cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 21.*

173. Nec enim Christiani occasione Iudæorum vel premi, vel ullatenus gravari debent: quod utique fieret, si Christiani soli civica onera ferre, Iudæi verò immunitate ab illis gaudere deberent; Quemadmodum verò Iudæos nullam prærogativam, quoad onera, præ Christianis habere oportet: ita vicissim nec plus oneris imponendum est Iudæis quam Christianis, nisi ab initio statim, cum recepti & suscepti essent, inter dominium recipientem & eos ita convenerit: Hucq; sine dubio pertinet, quod Clemens Tertius Pontifex Maximus ait, majora servitia à Iudæis exigi non posse, nisi quæ ipsi præterito tempore facere consueverint, *d. capit. sicut Iudæi, §. Nullus etiam Christianus. extr. hoc tit. de Iudæis.*

174. A veritate proinde nostro iudicio, non parum aberrant, qui volunt Iudæos, sine tali conditione receptos, cogi posse ad portanda rudera, lapides & coementa, prout è recentioribus absq; tamen ratione solida statuerunt Paulus Montanus *in tractat. de tutelis c. 4. n. 40.* & Udalricus Zasius *ad l. Nulla. in fine. ff. de legibus.*

175. De decimarum solutione utrumne ad eam Iudæi teneantur? non ita constat inter Canonistas atque Iuris Canonici Doctores; & certè res prorsus ambigua est: quod enim decimas præstare non teneantur, primâ fronte dicendum videtur: Tum quod non sint Ecclesiæ membra & consequenter sacerdotes, ad quorum sustentationem decimæ pertinent, non sint ipsorum pastores, nec ministrent ipsis spiritualia, atq; sic fundamentum obligationis decimarum, quod nempe operarius dignus sit sua mercede, in ipsis manifestè deficiat: Tum etiam quod præcepta Ecclesiastica obligent solos baptizatos, non etiam eos, qui foris sunt. *1. ad Corinth. cap. 5. versic. 12.*

176. Cæterùm controversiæ hujus decisionem perspicuam nobis exhibent textus in c. de terris. extr. de decimis, & cap. quanto. extra de usuris, quibus in locis apertè decernitur infideles, quales sunt Iudæi, ad præstandas decimas omninò teneri.

177. Sed tamen pro declaratione hujus sententiæ, sciendum est, duplices esse decimas, Personales ac prædiales: Illæ dicuntur, quæ ex lucro per quamcunq; actionem, veluti negotiationem, mercaturam opificium, artificium,

artificium, scientiam, militiam, venationem vel similem, acquisito, solvuntur: Hæverò quæ ex fructibus, è prædiis seu terrâ convenientibus resultant, ut sunt frumentum, vinum, oleum, omnesq; fructus arborum, olera item & si quæ sunt similia. *cap. Apostolica. cap. Non est. cap. pastoralis. extr. de decimis.* Petr. Gilckenius *ad Authent. quas actiones. num. 3. & 4. Cod. de SS. Eccles.* Alexand. Moneta *tractat. de decimis. cap. 3. quest. 2. num. 4. & sequent.* Tyndarus *tractat. de decimis. quest. 1. numer. 4.* Petrus Rebuffus *tractat. de decimis, quest. 3. num. 29. & sequent.* Franciscus Duarenus *tractat. de sacr. eccles. ministror. benefic. libr. 7. cap. 1.*

178. Quod igitur ad Personales decimas attinet, ab illarum præstatione immunes sunt Judæi, ceteriq; infideles. Franc. Suarez. *tract. de Virtute & statu religion. tractat. 2. c. 16. n. 4. & 5.*

179. Prædiales verò decimas ipsi omninò solvere tenentur, non quidem ratione personæ suæ, sed quia prædia ipsa, quæ intra parochiam possident Judæi, hoc onus decimarum sibi habent annexum, illudq; seculum ad quemcunq; possessorem deferunt: Et sanè si aliter statueretur, ecclesia per alienationem prædiorum in Judæos factam, defraudaretur suis decimis, nec tandem haberet quo sacerdotes & ministros suos sustentaret. Andr. Hispanus *tractat. de regul. decimar. quest. 3. n. 2.* Abbas Panormitan. *ad capit. de terris, n. 1. & sequent. extr. de decimis.* Petr. Rebuffus *tractat. de decimis. quest. 5. n. 11. & 12.* Alexand. Moneta *tract. de decimis, cap. 5. concl. 11. n. 34.* Eberh. Speckhan *cent. 2. class. 1. quest. 16. n. 21.*

180. Deniq; cum nec clerici ipsi Episcopi & prælati à præstatione prædialium decimarum immunitatem ullam habeant, iniquum profecto esset, Judæos exemptione ejusmodi gaudere, *capit. 2. extr. de decimis.* Didac. Covarruv. *lib. 1. variar. resolut. c. 17. n. 8. versio. primum hinc constat.* Franc. Suarez *de tractat. 2. libr. 1. cap. 17. n. 3.* Abbas Panormitan. *ad cap. Novum genus, n. 6. extr. de decimis.* Andr. Hispanus *tractat. de Regul. decimar. quest. 12. n. 4. & seq.* Alexand. Moneta *tract. de decimis, c. 5. quest. 1. concl. 2. n. 3.*

181. Quoad delicta Judæorum regulam hæctenus aliquoties allegatam & hic repetendam censemus, quod nempe cum Judæi pari eodemq; jure cum Christianis utantur, idcirco etiam cum de criminibus eorumdemq; pœnis queritur, ejusdem sortis & conditionis cum Christianis esse debeant. Rolandus à Valle *consil. 35. num. 37. vol. 1.* Ioh. Baptista Asinius *in praxi judicior. part. 1. §. 4. cap. 7. numer. 2.* Marquard. de Sufan. *tract. de Iudæis, part. 2. c. 2. n. 7.*

CAP. XII.

De pœnis atq; delictis Iudæorum.



182. Et ideo pœnæ quoq; statutariæ Iudæis cum Christianis cōmunes esse debent. Alexandr. Trentacinq. *lib. 1. variar. resol. tit. de legib. resol. 3. n. 15.* Joh. Baptist. Asinius *in praxi judic. part. 1. §. 4. c. 7. n. 4. & seq.*

183. Hinc Iudæus, cum Christiana muliere adulterium committens, eadem juris communis, vel statuti municipalis pœna qua & Christianus, affici debet. Rolandus à Valle *consil. 35. n. 39. & seq. vol. 2.* Petr. Joh. Ancheranus *lib. 2. quest. 27. n. 2. & sequent.* Jac. Menochius *lib. 2. arbitrar. iud. quest. casu. 290. n. 8. & sequent.* Julius Clar. *lib. 5. receptar. sentent. §. fornicatio. versic. cum Iudæis.* Marquardus de Susan. *tractat. de Iudæis part. 2. cap. 2. num. 7. & cap. 3. num. 12.*

184. Simplex tamen fornicatio Iudæi cum Christiana, si scilicet absint raptus, violentia, conjugium, adulterium, nunquam ultimo supplicio, sed arbitrarie punitur: idque tunc vel maximè, quando illa non cum muliere honesta, sed meretrice publica, perpetrata est. Franciscus Vivius *lib. 2. commun. opin. 149.* Jacob. Menochius *lib. 2. arbitrar. iud. quest. casu. 290. n. 15.* Jul. Clarus *lib. 5. recept. sentent. §. fornicatio. §. cum Iudæis.* Didac. Covarruv. *in epitom. lib. 4. decretal. part. 2. c. 6. §. 11. num. 3.* Nicol. Boerius *decis Burdegalens. 316. n. 5.* Johan. Petr. Ancheranus *lib. 2. quest. 27. n. 15.* Andreas Alciat. *lib. 7. parerg. c. 23.* Marquard. de Susan. *tract. de Iudæis part. 2. c. 3. n. 12.* Roland. à Valle *consil. 35. n. 38. & 39. cum seq.*

185. Et sanè, cum Iudæum esse in foro temporali & contentioso delictum non sit, nec Iudæi in se personæ sint odiosæ, intrepidè statuemus, statuta ista municipalia, ob idem delictum graviolem Iudæo, quam Christiano, pœnam dictantia, cujusmodi illud est quo nonnullis in locis Iudæi ob furtum pedibus inter duos canes medii suspenduntur, prorsus esse irrationabilia nec toleranda in primis cum Carolina ordinatio criminalis quoad pœnas, nullum inter Iudæos & Christianos discrimen constituat. Marcus Anton. Natta *consil. 620. n. 22. tom. 2.* Marquard. de Susan. *tractat. de Iudæis part. 1. c. 7. n. 3.*

186. Quemadmodum & illud ratione prorsus destitui existimamus, quod nonnullis placuit, Iudæos, si ad Christianam fidem sese convertant, & sacrum baptisma recipiant, hoc ipso vel delicti veniam & pœnæ remissionem, vel, ad minimum, ejusdem mitigationem impetrare ac promereri, ut perperam statuunt, Franc. Vivius *lib. 1. com. opin. lit. 4. opin. 16.* Eberhad. Speckhan. *cent. 2. quest. 17. n. 2.* Carolus Ruinus *consil. 13. n. 3. vol. 3.* Marquard. de Susan. *tractat. de Iudæis part. 3. c. 5. per tot.*

187. Præ-

187. Præterquam enim quod Reipublicæ intersit delicta non manere impunita, impunitate hac proposita occasio daretur delinquendi: Iudæi quippe audacter delicturi & perpetrato delicto ad baptismum, tãquam ad sacram anchoram, delictorum criminumq; asylum tutissimum confugituri essent: ut taceamus quod sacrum baptisma non debeat delinquentium esse patrociniũ: quapropter rectè & piè sentiunt qui Iudæis delinquentibus nihil præsidii vel patrociniũ, quoad remissionem aut mitigationem pœnæ temporalis, in baptismo positum esse debere concludunt, Andr. Tiraquellus tractat. de pœnis caus. 2. 5. ubi multos allegat.

188. Illud hîc silentio prætereundum non est, Iudæos, cum non sint Ecclesiæ membra, sed extra eam constituti censeantur, non subjacere censuræ Ecclesiasticæ, vel pœnis ecclesiasticis, & propterea ob delicta commissa excommunicari ab Ecclesia non posse. Stephan. Costa in repetit. capit. cum medicinalis. num. 12. de sentent. excommunicat. Didac. Spino à Caceres in specul. testamentor. part. 11. de excommunicat. n. 52. & 55. Stephan. Avila tract. de censur. Ecclesiastic. part. 2. c. 1. disput. 1. & part. 2. c. 4. d. sput. 1. dubitat. 2. Marquard. de Susan. tract. de Iudæis part. 2. c. 5. n. 3. & c. 8. n. 2.

189. Etsi verò omni studio annitendum sit, quo Iudæi, homines miserii & prorsus obcæcati æternoq; exitio destinati, ad Christianam fidem & ovile Domini convertantur & infernalibus faucibus eripiantur. Nullo tamen modo per vim ad Christianismum amplectendum vel baptismum suscipiendum compelli debent, sed ad id bonis verbis, blandimentis & rationum ponderibus perducendi sunt, can. 3. can. 4. & can. 5. distinct. 45. cap. sicut Iudæi. 9. extr. hoc tit.

CAP. Ultimum, De Conversione & baptismo Iudæorum.

190. Non solùm quia religio, cum voluntaria sit à dictamine cuiusque scientiæ dependens, imperari nullo modo possit: sed etiam quod imperantis iurisdicctio & potestas hîc prorsus deficere videatur. Martinus Becanus Scholasticæ Theologiæ part. 2. tom. poster. tract. 1. c. 13. quest. 4. Bernhard. Grævæus lib. 2. practic. conclus. 5. coronid. miscell. numer. 8. Tiber. Decian. tractat. criminal. libr. 5. cap. 11. numer. 8. Johan. Georgius Bechtius de salvo conduct. cap. 4. num. 98.

191. Sed anne ad media conversionis, veluti ad lectionem Novi Testamenti, & ad audiendas conciones sacras præcisè cogi possint, maioris est dubitationis & altioris indaginis quæstio. Sunt enim qui id indistinctè asserunt: Borgninus Cavalcan. decis. Fivizanens. 22. n. 14. & seq. part. 1. Ioh. Georg. Bechtius d. c. 4. n. 98. Bernhard. Græven. d. concl. 5. coronid. miscell.

F

192. Sunt

192. Sunt qui distinguant, ut id directò quidem fieri non possit, per indirectum verò omnino fieri queat: si videlicet à magistratu ipsis iungatur, ut Sacra legant, Verbum Dei in Ecclesia audiant, aut verò ditione atq; provinciis suis exeant, vel majora tributa, quam Christiani, solvant: *Martinus Becanus d. c. 13. quæst. 4. § 3. & 4.*

193. Deniq; quod nullo modo, atque sic nec directè, nec indirectè, ad auditionem verbi divini, vel lectionem Novi Testamenti cogi valeant, omninò statuendum videtur: Tum quia in canonibus & pontificum decretis, simpliciter, absolute & sine ulla distinctione negatur, illos ad fidem Christianam vel baptismum cogendos sed blandimentis ad id adducendos esse: Tum quia constitutiones Imperiales eos in cæremoniis suis & religionis exercitio turbari molestari, severè prohibent: Tum deniq; quia cogentis potestas & hinc deficit: Nec enim Episcopo vel Ecclesiæ ulla in Iudæos iurisdictio vel potestas præsertim coactiva competit. *1. ad Corinth. c. 5. versic. 12. cap. gaudemus. extr. de divort.*

194. Nec eò iurisdictio temporalis magistratus politici sese porrigere videtur: Nec etiam Iudæi, ut tales à magistratu recepti, ex hac causa quod media conversionis acceptare recusent, ditione expelli possunt, si modò aliàs modestè & sine scandalo vivant. Et Iudæis nova & graviora onera, quàm initio sustinere consueverint, imponere Pontifex directè prohibet, *d. capit. sicut Iudæi §. Nullus. extr. hoc tit.*

195. Cæterùm quicquid circa hanc dubiam quæstionem ab aliis statuatur & in medium producat, iudicium nostrum suspendimus atq; eam Theologis, ad quorum forum propriè spectare videtur, & disceptandam & decidendam relinquimus.

196. De liberis Iudæorum an parentibus auferendi, iisdemq; invitis, contradicentibus ac reclamantibus, per sacrum baptismum initiandi & Ecclesiæ Christianæ incorporandi sint? magna quoq; suboritur dubitatio: Et sanè *Udalricus Zasius Germaniæ nostræ decus & lumen celeberrimum in tractat. de Iudæis cap. 1. & sequent.* multis rationibus, eam in rem adductis, evincere conatur, liberos Iudæorum absq; ulla distinctione & tatis aliarumq; circumstantiarum invitis parentibus baptizandos.

197. Cui opinioni pleriq; si non universi, contradicunt Theologi, ac Juri & quidem infantes qui nullum adhuc habent intellectum, vel rationis usum, sine parentum consensu baptizati non oportere, constans est sententia & communis Dd. decisio, *D. Agidius. Hun. tractat. de sacramentis.*

Sacrament. c. 9. quest. 6. & 7. Stephan. Gratianus *disceptat. forens. tom. 4. cap. 658. n. 30. & tom. 5. c. 977. n. 1. & per tot. Marc. Anton. Natta consil. 434. n. 1. & seq. tom. 2. Franc. Vivius tractat. comm. lib. 2. opin. 155.*

198. Quod nos usque adeò procedere existimamus, ut nec post mortem patris infans Judæus, matre reluctante, ad baptismum rapi & per vim auferri possit: Idemque de avi & aviæ itemq; tutorum contradictione statuendum existimamus. Stephanus Gratianus *disceptat. forens. d. cap. 658. num. 31.*

199. Quod si pater in baptismum filii consentit, mater verò contradicit: Aut verò mater cõsentit, pater verò repugnat: Aut avus paternus consentit, pater verò & mater reluctatur, tunc infans Judæi baptizari potest, nec contradictio ejusmodi attenditur. Stephanus Gratianus *disceptat. forens. tom. 5. cap. 977. num. 20. cum sequent.*

200. Eoq; casu, sive de matris, sive de patris voluntate infans baptizatus fuerit, ei addicetur apud eundem in fide Christiana & pietate educandus, non attendita potestate patria: Eo quod si relinqueretur infideli parenti, non solum in periculo vitæ constitutus foret, sed etiam ad infidelitatis errorem abduci perfacile posset, *cap. final. extr. de conversion. infidelium. Marquardus de Susan. tractat. de Iudæis, part. 3. cap. 2. num. 6. Stephanus Gratianus discept. forens. d. cap. 977. num. 25.*

201. Quod si liberi Judæorum infantiam jam excesserunt & aliquem habent intellectum, suntq; in Christianæ fidei articulis satis informati, & spontè sese ad baptismum offerunt non debèt ab eo arceri: Cum salvator noster Christus ad se venire parvulos jussèrit, illosq; arceri prohibuerit. *Matth. 19.* Nec hïc attendetur parentum dissensus, contradictio vel repugnantia: Nec ratio ulla patriæ potestatis habebitur cum ad spiritualia sese patria potestas non extendat. *Ascan. Clementin. in tractat. de patria potestate c. 3. n. 2. & c. 6. effect. 5. num. 21. Andreas Gailius lib. 2. practic. observat. 38. num. 11. & observat. 95. num. 4. Jacobus Marchifellus in quest. juris practic. quest. 115. n. 18.*

202. Quinimo licet Judæi utpote cives Romani, liberos suos in potestate sua habeant, non minus atq; Christiani, quoad omnes scilicet effectus juris civilis *capit. ultim. extr. de convers. fidelium. Jac. Philippus Portius consil. 4. n. 35. lib. 1. Rolandus à Valle consil. 35. n. 28. lib. 2. Marc. Anton. Natta consil. 434. num. 5. tom. 2. & consil. 620. num. 8. tom. 3. Stephanus Gratianus disceptat. forens. 658. num. 20. tom. 4. Franciscus Vivius commun. opin. lib. 2. opin. 150.*

opin. 150. ubi de communi testatur. Marquard. de Sufan. tractat. de Iudæis part. 2. c. 1. n. 10. Eberhard Speckhan. cent. 2. class. 1. quest. 18 n. 12.

203. Liberi tamen ad Christianismum conversi & baptizati potestate parentum liberantur & sui juris efficiuntur: cum absurdum sit, Iudæis in Christianos jus ullum vel potestatem competere, c. 18. & c. 19. extr. hoc tit. Johan. Petrus Surdus tractat. de aliment. tit. 1. quest. 18. n. 4. & seq. Nicol. Intrigliolus tract. feudal. cent. 1. quest. 66. num. 28. Ascan. Clementin. in tract. de patria pot. st. c. 6. effect. 7. n. 5.

204. Quamvis pater ad fidem Christianam conversus non desinat in potestate sua habere ac retinere liberos Iudæos; cum non solum superior ratio hic deficiat, sed etiam conveniens non sit per conversionem eius conditionem reddi deteriore, Stephan. Gatianus discept. forens. tom. 5. c. 877. n. 9. & seq.

205. Hinc etiam ob periculum vitæ atq; seductionis, quod liberis baptizatis ab infidelibus parētibus imminet, bene in Concil. Toletan. quarto decretum est, Iudæorum filios, vel filias, ne parentum ultra innoventur erroribus, ab eorum consortio separari debere, deputatos aut monasteriis, aut Christianis viris vel mulieribus, Deum timentibus ut sub eorum conversatione cultum fidei discant, atq; in melius instituti, tam in moribus, quam fide proficiant; quod decretum refertur in canon. Iudæorum filias caus. 28. quest. 1.

206. Sed & omnis conversatio atq; communio cum Iudæis, ad fidem conversis & baptizatis sub gravi pœna interdicitur eodem in concilio, hisce verbis: *Sæpe malorum consortia etiam bonos mores corrumpunt: quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt: Null. igitur ulterius communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte earum participatione subvertantur: Quicumq; ergo ex his, qui baptizati sunt amodo fidelium consortia non vitaverint, & hi Christiani donentur & illi publicis cadibus deputentur. Canon. sæpe malorum. 12. caus. 28. quest. 1.*

207. Etsi porrò liberi Iudæorum, mediante conversione, exstant potestate parentum ab eorumq; consortio & conversatione profus removeantur, nihilo tamen minus parentes ipsos alimētare tenentur. Johan. Baptista Pontanus tractat. de aliment. cap. 2. numer. 13. Johan. Petrus Surdus tractat. de aliment. tit. 1. quest. 4. numer. 1. & sequent. Marquardus de Sufan. tractat. de Iudæis, part. 2. cap. 1. num. 8.

208. Nec refert quod pater teneatur filio alimēta præstare durat in

taxat in domo sua, & non extra eam. Borgain. Cavalcan. *decis. Fivizanens.* 8. n. 52. part. 3. Martinus Colerus *tractat. de aliment. lib. 2. c. 2. n. 2. & seq.* Johannes Garfias *tract. de expensis & meliorat. c. 4. n. 20.* Carolus Ruinus *consil.* 144. n. 13. vol. 3. Ascan. Clement. Amerin. *in tractat. de patria potestat. cap. 17. num. 32.* Marcus Anton. Natta *consil.* 278. *circ. med. vol. 2.* Joh. Pontan. *tract. de aliment. cap. 7. num. 8.*

209. Si enim filius sine scandalo aut aliam aliquam ob causam, in domo patris morari & cum patre cohabitare non possit, tenetur pater filio etiam extra domum suam alimenta subministrare. Johannes Baptista Pontanus *tract. de aliment. c. 5. n. 5.* Borgnin. Cavalcanus, *decis. Fivizan.* 8. n. 52. part. 3. Marcus Antonius Natta *consil.* 278. *circ. med. volum. 2.* Ascan. Clement. *d. cap. 17. num. 32.* Martinus Colerus *de aliment. libr. 2. cap. 3. numer. 34. & sequent.*

210. Deniq; cum filiis etiam immorigeris & patri non obsequentibus, nec non ob crimen bannitis atque proscriptis alimenta debeantur: Prosper Farinac. *in praxi criminal. tit. de crimine lese majestat. quest. 113. inspect.* 8. n. 261. Johan. Vincent. Honded. *consil.* 95. n. 73. & 74. *volum. 1.* Joh. Petrus Surdus *tract. de aliment. tit. 1. quest. 3. n. 7. & seqq.* Martin. Colerus *tractat. de aliment. lib. 1. c. 2. n. 15. & sequent.* Ascan. Clement. Amerin. *tract. de patria potest. cap. 7. num. 10.*

211. Nec ex aliis causis alimenta liberis denegari possint, quam ex quibus jure exheredari queunt. Bald Novell. *tract. de dote part. 6. privileg. 16. n. 6. versic. quidam tamen.* Joh. Corasius *ad l. qui liberos. n. 56. ff. de ritu nupt.* Jac. Marchifellus. *quest. jur. practic. c. 11. n. 2.* Octavian. Cacheran. *decis. pedemont.* 124. n. 1. Didac Coyarruv. *in epitom. libr. 4. decret. part. 2. de matrimon. cap. 8. §. 6. num. 27.* Alexand. Trentacinq. *libr. 1. variar. resolut. tit. de alim. resolut. 1. num. 9.* Claudius de Battendier. *tractat. de legitima cap. 8. n. 12. & c. 13. n. 7.* Johan. de Roias *in epitom. success. cap. 22. numer. 10.* Johannes Petrus Surdus *tractat. de aliment. tit. 1. quest. 19.* Joh. Baptista Pontanus *tractat. de aliment. c. 2. num. 19. & cap. 5. num. 2.*

212. Quanto minus liberis à Iudæismo ad Christianismum conversis & ob id nullo odio, sed quovis potius favore dignis, alimenta denegari poterunt: Ne quod ad favorem ipsorum pertinet in odium illorum detorqueatur: Et contra parentes è pertinacia sua & fidei Christianæ contemptu levamen & commodum aliquod percipiant.

213. Sed numquid filius baptizatus teneatur patrem Iudæum

inopem alimentare quæstionis est? & in affirmativam nos propensiores sumus: Licet enim pater legum contemptor & impius sit, tamen pater est. *Novell. 12. cap. 2. Marquard. de Susan tract. de Iudæis part. 3. c. 4. n. 5*

214. Pari ratione pater Judæus vel mater, si hic aut inops sit, aut non amplius superfit, tenentur liberis ad Christianismum conversis dotēs & donationes ppter nuptias cōstituere & ad hoc à magistratu cōpelli debent, ne conversio liberis ullatenus detrimētofa evadat. *Joh. Coraf. ad l. qui liberos, n. 62. ff. de ritu nupt. Bald. Novell. tr. de jure dot. part. 6. privil. 16. n. 4. Marq. de Susan. tractat. de Iudæis. part. 2. cap. 1. num. 8. & part. 3. cap. 4. num. 2.*

215. Adeò ut licet alias mater non teneatur dotare liberos nisi in subsidium & quando pater inops est nec filias dotare potest. *l. Neg. mater. Cod. de jure dot. Joh. Campezius tract. de dote part. 1. quest. 22.*

216. Mater tamen hæretica vel Judæa filiam Christianam & orthodoxam dotare omnino cogatur, *Marquard. de Susan. tractat. de Iudæis. part. 3. c. 4. n. 2. & 3. Baldus Novellus d. tract. de jure dot. part. 6. privil. 16. num. 4. Joh. Corafius ad l. qui liberos. n. 62. ff. de ritu nupt.*

217. Deniq; pro regula tenendum & quod liberi Judæi baptizati è potestate patris exeant eademque dissolvatur quoad onera duntaxat & incommoda: Non etiam quoad commoda; ne conversio ipsis ulla in parte detrimētofa existat, *Marquard. de Susan. tract. de Iud. d. c. 4. n. 12.*

218. Et ideò post factam conversionē & baptismum susceptū, omnia jura agnationis & successionis, tã ab intestato, quã ex testamēto, retinent, nec à successione hac per ullam testamentariã dispositionē excludi vel exheredari possunt: cum non debeant deterioris esse conditionis conversi ad fidem, quam in Judaismo fuerunt, *arg. Novel. 115. c. 3. in princ. & per tot.*

219. Quod tanto minus hodie dubii habere potest, postquam tam quoad successionem ex testamento, quàm quoad successionē ab intestato patria potestas amplius non attenditur, sed idem jus in liberis existentibus in potestate patris eademq; solutis observari jubetur, *l. Maximum vitium. C. de liberis præterit. Novell. 115. c. 3. in princ. & Novell. 118. c. 1. in princ.*

220. Sed numquid parentes infideles liberis fidelibus, aut liberi infideles parentibus fidelibus ab intestato succedent? Negandum id præcisè videtur, propterea quòd, cum Justinianus successionem omnem ab intestato clara & compendiosa methodo disposuisset, in d. *Novell. 118. expressè subjecerit in cap. final. Ista à se disposita in illis duntaxat obtinere debere, qui catholicæ fidei addicti sint.*

Quod

221. Quod si tamen vel parentes Christiani liberos Judæos, vel liberi Judæi parentes Christianos heredes suis in testamentis instituerint hoc nullo modo ipsis interdictum, sed licitum atque permissum censendum erit: Sin verò Christiani infideles vel liberos vel parentes suos exheredare voluerint hoc itidem eis liberum erit justaq; exheredationis causa infidelitas reputabitur, nec ab exheredato testamentum inofficiosi querelâ impugnari, aut ulla alia impetitione everti poterit, *Novell. 115. cap. 3. §. si qui de predictis. 14. Joh. Sichard. ad Authent. Non licet C. de liber. praterit. Johan. Schneidewin. ad princ. n. 13. Instit. de exheredat. liberor. Johan. Petrus Surdus tractat. de aliment. tit. 1. quest. 19. n. 1. & sequent.*

SOLI DEO GLORIA.

AD PRÆSTANTISS. DN. ANTONIUM GUNTHERUM
VELSTENIUM.

<p>Cur tam frequenter nunc Abrahamidum Gentem videmus de patria exulem Per has vagari illasq; terras, Nec stabilem reperire sedem? Ira illa fervens omnipotentis & Magni Jehovæ scilicet expulit Verpas Canaana ex beato Mell. flue regionis agro Adversus invicti unigenam Dei Gnatum evomentes dira tonitrua Linguae impotentis; nempe ob illud Conspicimus timidus apellas Per orbis urbes nunc trifidi eminus Discurstantes Quaso agite, o viri Vos Christiani, extorris hac gens Hospitio excipiaturo almo, & Succurrite equâ mente vagantibus. Humanitatis porcite dexteras, Immunitate privilegi, Iure pio facite, ut perennè Gaudere possint & fruier: modò Blasphemiarum post ea desinant,</p>	<p>Nec verba contumeliosa Ejaculentur ab ore tetro In Christû, & ejus sanctiloquum gregem, Puramq; matrem Nazarethæ incolam, Domo è Davidis regiâ ortam & Ante nurûs alias beatam: Nec Christianos in fidei ordine Turbare quicquam, nec fidei à sacra Abducere unquam tramite equo Incipiant rationis omni Vel artis ausu; se tolerabiles Nec non modestos se gerere sciant, Discantq; non sese magistros Esse gregis modò Christiani, Sed servituti sub scuticâ edere Vocem gementem: his conditionibus Nos inter equo perferantur Verpæ animo & ratione justâ. Hoc illud est, quod publicitus tuis Monstrare pergis jam phyliris docens, Velsteni, apellas esse, nequam Sint licet hi duplices ferendos.</p>
--	---

Conradus Bachmannus, Milsungenf. Hass. Poët. Profess.



A L I U D.


HA&enus emensus Romani compita Juris,
Sinus, viasq; regias,
Ne quis in ambage secretior Imperiali
Lateret Urbis angulus;
Sistis ad extremum Tusci vicum, decus & fas
Ubi posuere terminos,
Et Recutitorum stravere cubilia Turbae,
Loculis nefastæ hircines.
Quid tamen Augusti juvet indulgentia juris
Miseros, quid æra? disputas:
Quam superesse volunt Gentem pia Fata, fruisce
Decere jure Gentium.
Scilicet insanæ sunt injicienda capistra
Populi furentis invidiæ,
Ne, quia fert talos, olet allia, conficiatur
Acu stiloq; Nigricans.
Nomen at inde Tuum summo innotescet & imo,
Quòd utrique jura dixeris.

Imq; f.

Johan. Hülfemannus.

F I N I S.






X 2615938

WDM







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

ularis
V M LIBRI

4
1629/1
19

IS
IBUS ET
I S,

gratiâ:
ILRICO
O,
USTRISSIMI
INI GEORGII, &c.
alis Advocato, nec non
rocancellario &

publicè venti-
US VELSTE-
NSIS.

DRUM,
& Typographi.